

A Calumniorum & fycophanta. Unde & Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte, Echincem tragicum Theocinem vocat. Erasmus in Chiloia.

Echines Atheniensis orator, tragedias egit in scena: Ideo Demosthenes in oratione de Corona, πιδικον τραγικος, eum vocat. Quintilianus hypocritam eum fuisse dicit, id est, histrionem. Plutarchus in decem rhetoribus exercuisse eum tragedias scribit. Aeschines ipse epistola quadam ad populum Atheniensium affirmare videtur, histrionicam se artem desuisse, antequam ad Remp. accederet.

Calpeides gesticularius & tragediarum histrio, cum Agellio regi occurrisset, arrogantius eum salutavit, subinde illi se ostentans, arbitratus fore, ut comiter a rege exciperetur. Verum quum feris rex intenderet, nec animadvertit ad Calpeidem: Non admodum, inquit, nosse me videris, o rex. Tum subridens Agellus: At non, inquit, Callipedes ille dicelictus? id est, nimis, Spartanorum vocabulo. Quibus verbis ludionis tumorem recidit. Eum simia gesticulosem Aristoteles in Poetica asserit. Plutarchus in Agellio. Caelius lib. 11. cap. 16.

B Tragedia vehementissimis constat affectibus, ita ut tragedias agere, videatur esse quiddam insanie simillimum. Proinde Lucianus in commentario, cui titulus, πος δει τω ισοπαλιον συγγαζον, narra, Abderitis ex Entipidis tragedia, recitante tragædo Archelao, publicis sebtim obortum: eam septimo post die transiit in insaniam, ita ut omnes ingenti voce versus quosdam ex Archelai Andromeda pronunciant. Erasmus in Adas.

Polus histrio, cum unicum filium amisset, Athenis Electram Sophoclis agens, urnam cum Orestis ossibus, Electrae habitu ferens, pro fictis lacrymis veras dedit, & sub Electrae persona Orestem fratrem, sub propria filium tanto luctu prolecutus est, ut omnes spectatores ad misericordiam commoverit. Itaque cum agi fabula videretur, dolos aditus est. Gellius lib. 7. c. 5.

Elopus tragedus, amicus Ciceronis, ex histrionica tantas opes sibi comparavit, ut patinam haberet sexcentis sestertis taxatam, filiumque reliquerit Apitium, adeo divitem & prodigum, ut uniones aceto liquefactos cœnis apponeret. Plinius ait, patrem posuisse in patinis aves cantu aliquo, aut humano sermone vocales, millibus sex singulas cœmpatas: nulla alia inductum suavitatem, nisi ut in his imitationem hominis mandaret: dignus prorsus filio, à quo devoratas diximus margaritas. Volateranus lib. 13. cap. 3. Anthrop.

Puppius tragicus, quoties vellet, populum ad lacrymas provocabat. Eapropter Horatius Lacrymola poemata Puppi vocat.

MIMI, PANTOMIMI, PLANIPEDES, SALTATORES, THYMETICI.

Saltatores, agilitatis & roboris corporei nomine inter corporis exercitia referuntur: at respectu Imitationis poetice ad locum pertinent. De Theatrali tantum saltatione hic agimus, in qua Mimi, præter vocalem imitationem, corporis quoque gestum adhibent.

Lesbonax Mitylenæus, planè vir honestus ac bonus, Saltatores Christophos, id est, manu sapientes, nominare solitus est: ibatque frequenter ad illorum spectacula, quasi melior à theatro subinde esset. reverfitus. Lucianus de Saltatione.

Videtur antiquus ille fabulosus Proteus, saltator quispiam, aut histrio fuisse egregius, qui citare se in omnia formare, omniaque imitari, ita ut aquæ hamorem, & ignis acumen per motuum celeritatem imitaretur, leonis feritatem, iram patralis, arboris susturum, & omnino, quicquid collibisset, referret. Natalis Comes lib. 8. cap. 3. Mythol.

Fuit apud Spartanos comicus lusus species, verum studii non magni frugalitatem in eo quoque affectante civitate. Dicendi prætenus erit formula, argumentum non aliud ferè quàm potiorum furta, & id genus pleraque. Qui ejusmodi ludos obiter, ab Laconibus dicelictæ nuncupabantur, velut scenopos dicit, & Mimetas, id est, imitatores. At pro locorum diversitate convariant horum appellationes. Siquidem Phallophoros Sycionii dicunt: Autocabalos alii: quidam item Phylacata. Thebani, quibus frequens est disparata ab aliis nomenclatura, Ethelontas. Erant in genere eodem Ithypalli quoque.

Caelius lib. 6. cap. 17. Antiq. Lect. Consule Scaligerum Tib. 1. E Poetica.

De Magodis, Hilarodis, & aliis histrionum atque mimorum appellationibus, vide Athenæum lib. 14. cap. 8. & Scaligerum lib. 1. Poet. cap. 32. cujus hæc verba sunt: Hilarodi (inter quos Simus quum fuisse præstantissimus, Simidi post postea cognominati) prodibant in veste candida, virili, auro coronati. Calceis primum usi, deinde crepidis. Similes his Autodi, Magodi, Lyfiodi. Erat Autodus Hilarodo per omnia similis & par. Sed Hilarodus puero puellave pfallente canebat: Autodus tibicine modos faciente. Autodo & Hilarodo præmium corona, tibicinæ & pfallæ nulla. Ac quemadmodum hi duo similes: ita Magodo & Lyfiodo argumentum idem, modus diversus. Ille muliebribus personis virilia negotia: Lyfiodus muliebricia virilibus agere. Ille ad tympanum: hic ad cymbalum. Introducta hæc quoque inter fabulas à quibusdam: sicut & Mimi & Satyri: Hilarodus à Tragædo, Magodus à Comico. Ajunt Magodos dictos ab argumento, quod primum propositum fuit Mago producto. Mutata postea materia, nihil secius mansit nomen. Hæc ille.

Cælius adolefcens Liberi patris histrio saltatorque, dum coram deo Tyalos exerceret, in terra hiatum casu lapsus, interit. Tellus autem in gratiam Bacchi forem produxit adolescenti cognominem. Dionysius Vicesis.

Herodotus Longomimus, & Archelaus saltator, maxime omnium amicorum ab Antiocho rege in honore habebantur, ut testis est Hegesander. Nec mirum profecto, cum pater ejus Antiochus, Sotirati tibicinis filius in stupilius custodiam recepit. Athenæus lib. 13. c. 13.

Telesis, vel Teleses saltationum magister, multas figuras invenit, manibusque immixtas ipsas dictas demonstravit. Ita fuisse ingeniosum Telessem Echylis saltatorem, scripsum reliquit Aristoteles, ut inter saltationes septem ad Thebas actum, per saltationem res ipsas aperit demonstravit. Dicunt præterea, Thepsiam, Pratinam, Cratinum, Phynicumque antiquos poetas saltatores fuisse appellatos non solum quod in Chori saltationem suos actus demitterent, sed quia extra etiam sua poemata saltare volentes, docebant. Athenæus lib. 1. cap. 16.

Saryrus misus familiaris Demosthenis orationis, cum Demosthenes deploraret suum casum, quod à populo semel atque iterum explous fuisse: sese illi condolete finxit: & remedium tamen daturum pollicitus est, si Eupitidis, aut Sophoclis aliquot versus prius recitasset. Parum quaedam recitavit. Quæ eadem cum Saryrus paulo post recitasset, eo gestu, coque vultu exulit, ut diversa plane viderentur. Hæc igitur ratione Demostheni ostendit, non atem, sed actionem ei deesse: & ut hanc quoque difficultatem studio evinceret, auditor illi fuit. Plur. in Demosth.

Thymele mulier, prima saltationem docuit. Hinc Thymetici dicuntur saltatores mimi. Martialis: Qua Thymelem spectas, derisoremque Latinum.

Iuvenalis: Attendit Thymele, Thymele tunc rustica dicit.

Atellani dicuntur privatim personati: quoniam id erat illis jus, ne in scena personam deponere cogerentur: quod histrionibus aliis pati necesse erat. Hinc quoque ab iis agebantur fabulæ, peculiari appellatione nuncupabantur Personatæ. Caelius lib. 8. c. 8. A. L.

Publius natione Syrus, cum puer ad patrum domum esset adductus, promeruit eum non minus salibus & ingenio, quàm forma. Nam forte cum ille servum suum hydropicum jacentem in area vidisset interpresque, quid in Sole faceret? respondit, Aquam calefacit. Joculari deinde super cenam exorta questione, quodnam esset molestum otium: aliud alio opinante, ille, Podagrici pedes, dixit. Ob hæc, & alia manumissus, & majore cura eruditus, cum mimos componeret, ingentique assensu in Italia oppidis agere coepisset: productus Rom. per C. Jul. Cæsaris ludos, omnes, qui tunc scripta & operas suas in scenam locaverant, provocavit: ut singuli secum, composita invicem materia, pro tempore contendere. Nec ullo recitante, superavit omnes: in quibus & Laberium. Unde Cæsar ardens, hoc modo pronunciat: Favente tibi me, victus es Laberi à Syro. Stantique Publio palam & Laberio anulum autem cum quingentis sestertiis dedit. Tunc Publius ad Laberium recedentem ait: Quicum contendisti scriptor, hunc spectator sublevo. Sed & Laberius sequenti statim commissione mimo novo intercepit hos verius: Non.

A donatus est à C. Jul. Cæsare quingentis sestertiis, cum anulo aureo, qui erat insignis census equestris. Sueton. Immunes verberum histriones, Augustus aliquando respondit. Histrioniam non esse pudori in Græcia, scribit Livius. Caelius lib. 8. c. 8. A. L.

ODIUM. CONTEMPTUS.

Tragediarum histrio Callipides, cuius inter Græcos celebræ notæ, & fama apud omnes ingens erat, aliquando occurrens Agellio regi Lacedæmoniorum, primum salutavit eum, deinde fastuose inferens se ambulantis ostentavit se, exortum ratus eum aliquam in se comitatem: postremò ait, Non me rex nocis: Ille eum respiciens, respondit: Tunc Callipides es dicelictus ille: ita Mimos vocant Lacedæmonii. Cùm invitaretur ad audiendum quendam, qui luciniam imitabatur, detrectavit, ac, Ipsas, inquit, multoties audivi. Plur. in Agellio.

S. Cyprianus noluit histrionem admitti ad Sacramenta Ecclesiæ: quod indignum iudicabat istud hominum genus rebus feris applicare, qui omnia in nugis converterent. Refert Corn. à Lapide comm. in cap. 7. 1. ad Corinth.

Holocaustum.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Holocaustum vox Græca, quasi dicas ὅλον καυδόν, id est totum combustum, quod scilicet in eo tota victima comburetur Deo. Unde Hebraice vocatur *Calil*, id est totum, sive consummatum, quia totum in Dei honorem igne consumebatur. Vocabatur etiam *ola*, id est ascensio, quod in eo tota hostia per ignem & fumum ascendere ad Deum. Hinc rursum Græce vocatur ὁλοκαύτωμα, quod totum in Dei fructum cederet.

Holocaustum igitur erat sacrificium Deo oblatum, purè ad laudem ipsius, & honorem supernæ majestatis ejus, ac amorem summæ ipsius bonitatis, est ab ea nihil expectare gratiæ, ait Philo.

Credebatur enim tota victima, excepta pelle: per quod offerentes protestabantur, se totos esse Dei, seque ei totos consecrare, & in Deum transferre.

RITUS, ET MODUS.

Victima holocausti debet esse macula & immaculata. Divites offerrebant bovem vel vitulum: pauperes ovem, agnum, vel hædum: pauperissimi turtorem, vel columbam.

- 2. Adducebatur ad ostium Tabernaculi.
- 3. Offerens imponebat capiti victimæ manus.
- 4. Sacerdos eam jugulabat, & sanguinem phiala excipiebat, cumque fundebat per altaris circumiectum: mox pellem detrahebat, & reliquam in frusta concidebat, igneque subiecto cremabat. Urebantur autem in his opera aliorum Levitarum & Sacerdotum.

Vide locum de Sacrificio.

Homicidium.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Homicidium, Græcè φόνος, *phonds*, homicida dicitur. Est autem homicidium, hominis ab homine facta cæsis. Homicidium voluntarium dicitur, quod animo & intentione occidendi hominem cum effectu perpetratur. Componiturque homicidia & homicidium ex homo & cædo; quasi hominis cædes.

QUANDO COMMITTATUR.

Dum quis privata potestate alium occidit, abique moderate inculpate tutelæ, sive ad necessitatem sui defensionem, aut abique iustentia Judicis, quomodo in quibusdam Regnis marito permittitur occidere uxorem in adulterio deprehensam, post latam sententiam.

Si non licet privata auctoritate proximum occidere innocentem, cujus occidendi licentiam lex nulla concedit: profecto etiam qui seipsum occidit, homicida est, & tantò nocentior, cum se occiderit, quàm innocentior in ea causâ, sicut quæ se occidendum putavit. Hæbetur 23. diff. 4. 5. si non licet, ex Augusti. Ergo etiam qui seipsum occidit, homicidium committit.

Homicidium lege vetitum, putabatur non aliud esse, nisi corporis percussio. Aperuit ergo Dominus, omnem iniquum motum ad nocendum fratri, in homicidii genere deputari. Idem & hab. de pœnit. diff. Homicid.

Periculosè decipiuntur, qui assilant, eos tantum homicidas esse, qui manibus hominem occidunt, & non potius eos, per quorum consilium, & fraudem, & hortationem, homines extinguuntur. Aug. & hab. ibid. Periculose.

Si quis non iratus, sed propter discipulos, aliquem verberavit, vel plagam alicui dederit, & casu occiderit: sicut fieri solet: quantum ad gratiam innocens est, quia voluntatem non opus requirit; quantum autem ad legem, reus est: quia opera lex quatit. Hier. & hab. 15. q. 1. Si quis.

ERRORS CIRCA HOC ARGUMENTUM.

Donatus, dicit Circumcelliones, exitimant, genus esse martyrii seipsum interimere. Unde semper variis modis perimebant, ut refert Aug. hæresi 69. & alibi.

Manichæi nullum vivens occidi posse dicebant, ne plantas quidem: testis idem Augusti lib. 1. de Civ. cap. 20. & lib. de hæresi cap. 46.

Sunt qui existimant, licere parenti filiam, marito uxorem in adulterio deprehensam cum ipso adultero occidere, dummodo servet conditiones, de quibus in L. Patri 20. & seq. de adulteris. Item in L. Marito 24. de adult. & L. Gracchus Tit. cod. 4. c. Attamen in foro animæ, contrarium omnino tenendum est (Vide Covar. de Matrim. p. 2. c. 7. §. 7.) ante sententiam latam id non licere.

Petianus nonnulla ex loco de Adulterio.

HOMICIDII CULPA, ET POENÆ VARIE QUENAM IN LEGE VETERI, &c.

Dei pronuntiatum in lege Nature fuit, Quicumque fuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius. Genes. 9. quasi dicat: Id æquum esse & iustum, ut fundatur, per sententiam scilicet Judicis, ut habet Chald. Deus enim tam hic, quàm Exod. 21. & Matth. 26. lege talionis nisi in homicidas sententiam mortis, quæ omnium gentium nû recepta est.

Ad hæc Deus homicidas persequitur, variisque casibus subicit, eò quod homicida Deo ipsi injuriam inferant, ipsius vitam imaginem demolendo: ad imaginem enim Dei factus est homo, ait Scriptura loco allegato.

Quin & homicidium occultum voluit Deus expiari per victimam, & protestationem magistratus vicinioris. Deut. cap. 21.

Homicida involuntarii, & qui casu vel ignorantes aliquem occidissent, jus asyli habebant in civitatibus refugii: at qui spontè & ultro hominem occidisset, nullum jus asyli coniequebatur, sed permittentur, ut propinquus occisi occidentem imponere cederet, saltem quoad fori exterioris obligationem pœnalem, si cum extra urbes refugii invenisset: & plura circa Judicium homicidæ statuuntur, Num. cap. 35.

HOMICIDÆ PAVIDI, ET INQUIETI.

Etiam homicidæ hoc habent, quod sint pavidi, semperque intra se gerant castificum conscientiam. Quod in Cain occiso fratre, & Lamech qui duos etiam occiderat, Genes. 4. innotebit.

Quin memorat Sophron. in prælo Spirit. c. 166. de Latrone qui conversus factusque monachus, assidue videbat pœrum se insectantem, sibi que dicentem, Cur me occidisti? unde petita venia ad civitatem se contulit, culpamque confessus, extremo se supplicio afficiendum commisit.

Superioribus annis Antverpiæ in publico infirmorum Xenodochio Hispanus miles decubuit, erat autem ex iis qui Ducis Albani tempore Nardam Hollandiæ crudeliter invaserant, & incolas omnes abique discrimine unâ cum aliis trucidaverat: hic, inquam, se moriturum timens, aliud nihil inelamabat, quàm Narda, Narda. Tandem percontantibus, quid ea vox indicaret: occur assidue eam emitteret: respondit: semper sibi observari imaginem pueruli renelli, quem sibi ardentem cunis exemerat in excidio Nardensi, & gladio transfossus muro alliserat.

Vide infra Tit. Pœne à Deo inflida.

Davidi certè Deus propter Uriam Hethæum occisum, minatur, & per Prophetam insinuat, Uriam percussisti gladio quamobrem non recedit gladius de domo tua usque in templum. Lib. 2. Reg. cap. 12.

EXEMPLA HOMICIDII, ET POENARUM EJUSDEM.

EX S. SCRIPTURA.

Graviter Deus homicidium commissum à Cain punivit, & tamen nondum erat prohibitum aliqua lege scripta. Occi-

A Occidit Cain Abel fratrem suum, Moyses Aegyptium, David Goliath, Joab, Abner & Amasai, Salomon, Abdonian, Joab, & Semei, Herodes Joannem Baptistam, Petrus Ananiam & Saphiram. Sed considerata varias intentiones & causas. Voluit Dominus, ut homo vehementer abhorreret homicidium: Unde & sanguinem cum carne comedi prohibuit. *Genes. 19. Gen. 4. Exod. 2. 1. Reg. 17. & 20. 2. Reg. 3. 3. Reg. 2. Marc. 6. Act. 5.*

Homicida debet reputari quasi occisus, unde dixit Rebecca: Cur utroque orbabor filio in ira Dei? Quia si occidisset Esau Jacob, utrumque perdidisset filium reputabat. *Gen. 27.*

Si Zebee & Salmana fratres Gedeonis non occidissent, nequaquam post ab eodem occisi essent. *Judic. 8.*

Abimelech filius Jerobal occidit septuaginta fratres suos, ut solus posset regnare. Sed ipse ibi modico tempore dominatus fuit, multa mala sustinuit, & male vitam finivit. *Judic. 9.*

Quia Sacerdos Abimelech confortavit David fugientem Saul, ipse David percussit Saul, occidit eum cum aliis sacerdotibus, mulieribus & parvulis. *1. Reg. 22.*

B Occidit fecit David adolescentem, qui dixit se Saul occidisset. *2. Reg. 1.*

Item fecit occidi Uriam per manum Joab. *2. Reg. 11.* Abalon invitatum ad convivium fratrem suum Ammon ibidem occidit. *2. Reg. 13.*

Tantus est horror effundendi humanum sanguinem, quod licet alias David esset optimus, tamen noluit Dominus, ut adificaret ei templum, sed Salomon filius. Unde dixit ei Dominus: Non edificabis domum nomini meo, eo quod vis vir bellator, & sanguinem suffidit. *3. Reg. 7. 3. Reg. 5. 7. 3. Par. 28.*

Quamvis Joab fuerit miles probus in armis, & domino suo valde fidelis, quia tamen occidit duos viros proditorie, omnes ejus gratia quasi pro nihilo computata fuerunt: Unde fecit eum occidi Salomon, licet teneret cornu altaris. *3. Reg. 2.*

Procurante impia Jezabel, Naboth fuit crudeliter lapidatus: cuius vindictam fecit Dominus. *3. Reg. 21.*

Nam ex precepto Domini Jehu interfecit Achab & Jezabel homicidas, quorum sanguinem linxerunt canes. *4. Reg. 9.*

Rex Juda Joab iussit Zachariam filium Jojadae sacerdotis & Cypriano lapidari, cum tamen pater illius resistisset illi, regnum, & Athaliaam occidisset. Sed ultio paulo post secuta est. *1. Paralip. 24.*

Duo Senes presbyteri, qui mortem Susannae nequissime cogitabant, convicti per Daniele, a populo sunt occisi.

Occidit Triphon Jonathan & duos filios ejus: cum tamen receperit a Simone centum talenta argenti pro liberatione Jonathanis, & duos ejus filios pro obsidibus. *1. Mach. 13.*

Ptolomeus filius Abob fecit convivium summo sacerdoti & duobus filiis ejus, & cum inebriati essent, proditorie occidit eos. *1. Mach. 16.*

HOMICIDAE INTERFECTORES

SUIPISIUS.

EXEMPLA S. SCRIPTURAE.

Saul ejusque Armiger, ne ab hostibus illudentibus interficerentur, suis ipsi gladiis incumbunt, & moriuntur, non minus misere, quam impie.

Achitophel consiliarius Davidis, cum videret consilia sua negligi, seipsum suspendit, & flammis aeternis addixit. *2. Reg. 15.*

D Tyrannidem in Israele affectans Zambri, cum videret, quod expugnanda esset civitas, in quam confugerat, ingressus est palatium, & succendit eum domo regia, & mortuus est in peccatis suis. *3. Reg. 16.*

Razias unus de senioribus Judae, ne in manus Nicanoris deveniret, seipsum gladio percussit, cum per festinationem non certo ictu plagam dedisset, securus audacter ad murum praecipitavit seipsum in turbas. Cum autem adhuc spiraret, peram confendit praeruptam, complexus intestina sua, utriusque manibus profert supra turbas, atque ita vita defunctus est: fortiter magis quam prudenter, inquit *D. Aug. epist. 61. 2. Mach. 14.*

Judas sceleratus proditor sibi ipsi laqueo guttur praeculit, mediisque crepuit. *Act. 22.*

HISTORICA.

Anno Dom. Incarnat. 70. Dominus Nero, qui primus persecutionem in Christianis movit, per omne regnum suum ipsorum nomen extirpare cupiens, Principes Apostolorum Petrum & Paulum occidit; ipse Vespasianum cum filio suo

Tito ad destruendam Hierusalem misit. Intet haec Galba Hispaniae praetor, & Cajus Vitellius Imperium corripuerunt. Nero autem omnibus execrabilis, hostis à senatu judicatus est: decrerunt est, ut furca collo ejus inserta, nudus per publicum duceretur, & virgibus usque ad mortem casus de saxo praecipitaretur. Quod ille audiens, simulque adventum Galbae comperiens, fugit palatium, & cum eo Nephilus, noctique medio urbe egressus est. Secuti sunt autem eum Phaoon, & Epaphroditus, & Nephilus, & Spado Nespero: cumque venisset in suburbanum liberti sui, quod est inter Salariam & Numentanam viam, ad quartum urbis miliarium, ictu gladii se percussit: sed trepidante manu hoc perficere non potuit. Et cum nullum inveniret, à quo feriretur, exclamavit dicens: Ita nec amicum, nec inimicum habere possum: Videns hoc Nespero adjuvit manum tremantem; & ita perit anno vitae suae trigesimo primo, Imperii decimoquarto; sicque omnis Augusti familia in eo consumpta est. *Abbas Vespersen. in Chron. Baron. tom. 1. an. Christi 70. 2.*

Theobrotus Philoprophus, de quo *S. Aug. lib. 1. de Civit. Dei.* legens librum Platonis, & animam hominis immortalis esse, libi & desiderio futuri vitae seipsum interfecit: sic animam & vitam perdidit. *D. Aug. lib. 1. de Civ. Dei.*

Huc refer Titulum infra. *A seipsis interfecit.*

HOMICIDAE INTERFECTORES

HOMINUM.

Complectitur hic Titulus omnes eos qui contra fas hominem occidunt. Illustrabitur autem ex Tit. Persidae erga principes, conjuges, parentes, &c. Item ex Tit. Persidae & vindictae nimiae erga hostes, quatenus homicidium habent junctum. Latrones quinetiam huc pertinent, qui eos quos spoliati interimunt. *Consule Tit. Infradictorum & Monomachiae sive Duelli. Item, Templi caede profanata.*

CUR. UT PUTA CAUSA

REGNI, IMPERII.

Tiberius princeps Aulium Gallum, insignem oratorem, nulla manifesta de causa interfecit. *Sueton.*

Prefexis iussu regis Cambyses Smeridem ejus fratrem interfecit Suis in venatione, aut (ut alii volunt) in mari rubro incautum submersit. *Herod. lib. 3.*

Cassander Antipatri filius, post mortem patris, uti succedere Olympiadem cum Arido parrivigno, & Herculem interfecit. *Volater. lib. 13. c. 3. Antipat.*

Bomilcar, Jugurthae regis Numidarum intimus, Massivam Guluffe F. Matinifis nepotem, qui Jugurtha omnium odium laborante, à Senatu regnum petiturus & imperaturus videbatur, insidiis Romae interfecit, & licet publice vaduus esset, profugit. Ille idem, Metello Jugurtham jam armis prosequente, adjuncto sibi Nadalla viro nobili, Regi capitales struxit insidias: processissetque haud dubie illi consilium, nisi Bomilcaris literae ad Nadallam datae, indicium fecissent, ex Nadalla dormientis cubiculo à servo substractae, & ad regem delatae. Quo accidit, ut Bomilcar & omnes destinatae caedis conficii, confectum sint supplicio affecti. *Sabel. lib. 1. & 2. En. 6.*

Constantinus junior Ablavium, quem patens illi Imperii rectorem adjunxerat, ut solus imperaret, interfecit. *Eunapius in vita Aedesi.*

Grimoaldus dux Taurinatum, & Godoberum filium Aripethi Regis Longobardorum dolo interfecit. *Siegeb. in Chron.*

LIBIDINIS.

David Judaeorum rex, Uriam militari virtute ac fide insignem virum (Bethsabee Uriae conjugis amore inflammatus, quo vivente, illa potiri desperabat) ut explere libidinem posset, qua nimium stimulabatur, adversus Philistaeos, quibus bellum gererat, Uriam misit: atque ad milites duces suos in castra percipit, ut Uriam in eas expeditiones mitteret (eum enim adversum se conspirasse criminabatur) unde regressi non posset. Simul cum mendacio caedem atque adulterium insigni prodicione perpetravit. *Fulg. lib. 9. c. 6.*

Edgarus Anglorum rex, ut Alreda potiretur, Ethelvoldum ejus maritum necavit. *Vide Tit. Legati perfid.*

MULATIONIS.

Joab David polemarchus Amasai, quasi osculari eum vellet, item Abner, viros fortissimos, emulacione illorum virtutis occidit. *2. Reg. 20.*

Appius Claudius decemvir, non sine collegarum consensu, L. Sicinium cum exercitu adversus Crustumionorum populum legatum misit: curavitque, ut haud cum in castra sequebantur, cum

A cum eo per noctem ad explorandum castrorum locum profecti, se in hostium insidiis incidisse fingerent, atque ita eum occiderent. *Fulg. lib. 9. cap. 6.*

QUOS INTERFECTORES

REGUM.

Fabius Fabulus caput Galbae Imp. amputatum sinu occultavit, & ad Othonem detulit. *Sueton.*

Optares miles Gothus, à Vitige rege conductus, Theodorum regno dejectum, cum Roma Ravennam fugeret, in solo respinatam, & inlita victimae nihil reluctantem trucidavit. *Procop.*

Landericus Chilpericum Gallorum regem, Fredegundis adulterae iussu, noctu à venatione domum redeuntem, in saltu quodam obruncavit. *Michael Ritius Neap. lib. 1. de Regibus Francorum.*

Theodorus Lascaris Petrum Altisiodorem, Imperatorem Constantinopolitannam electum, in convivio gladio interfecit. *Volater. lib. 23. Anthropol.*

Bretislavus II. Boemorum rex, sub Natalem Domini venationis causa Stebanum, ut sepe, venerat, unum & alterum diem hilaris & securus. Ac rursus ad tertium diem venatum educit omnes, permanente in sylvis à mane usque ad crepusculum noctis, ita ut necesse haberent lucernas & faces accendere, qui Principem, necubi aberraret, in pagum deducebant: nihil minus quouam tum illorum, quam de infidatore, cogitant: cum subito Loreux Versloviensis, Mutinae & Bosej gentium (qui prodicionis causa bonis exiit apud Polonos exulatum) insinctu, clam de latebris erumpens, venatoribus se, quasi unus ex illis esset, immiscuit, principemque à tergo cum arcu tacitus allecavit: & antequam pagum attingeret, vi tanta in illum sagittam dirigit, ut in alteram corporis illa partem transvolaret. Infidatorem tandem in quodam praerupto loco, in quem per tenebras tunc cum equo intravit, invenerunt. Cervix equi fracta fuit, ipse ense confosus, sine manu, an casu de vagina ensis exidente, non satis constat. Bretislavus ad tertium diem supervixit. *Dubravicus lib. 9.*

AMICORUM.

Alexander Macedo violentus praecipuus amicos interfecit: Clitum, qui in mensa Philippum Alexandro praesulit, Philotam, Parmenionem & Callisthenem, Aristotelis propinquum, quem inter charissimos habuerat.

PARENTUM.

Vide Titulum Parricidarum.

FRATRUM.

Peleus occiso per ludum disci Phoco fratre, & propterea ab Aeaco parte in exilium pulsus, ad Eurytionem Iri F. se confert, eique supplex fit, & caedis causa expiatur. Hunc Peleus postmodum in venatione, aprum ferire dum intendit, imprudens interfecit: prosequitur ad Acastum pervenit. Is eum (quod equi Peleum, à quo frustra concubitus experierat, ad maritum de sollicita sua pudicitia accusasset) in Pelio monte solum destituit. Peleus oberans ad Chironem venit centurium, ab eoque supplex impetrat, ut in antrum recipiantur. Inde multis ovibus & bobus collectis, ad Irum pergit, eaque caedis nomine pro multa offert. Cum reculeret Irus: Peleus ea, oraculo monitus, custodiibus vacua dimittit. Ibi lupus ea invidit atque devoravit, isque lupus divino iussu in saxum mutatus, quod distansissem permanisset inter Locridem & Phocidem. *Ex Nican. 1. Alteratorum, Anton. Liberal.*

QUO MODO.

VEL VI APERTA.

P. Clodius à Milone interfecit. *Vide Tit. Simulacris collegarum in rep. administranda.*

Cinna, & C. Marius, post bellum in urbem recepti, caedibus omnia compleverunt. Inter quos Cn. Octavianum consulem, M. Antonium oratorem, L. Calpurnium jugularunt, eorumque capita in rostris posuerunt. *Volater. lib. 14. c. 12. Anthropol.*

L. Ballienus centurio, Carilinae avunculæ, Lucretium Aesclam, consulum contra voluntatem L. Syllae petentem, occidit in medio foro. *Pedanius.*

Dolabella partium Caesarianarum, Trebonium, unum ex Caesaris percussoribus, Smyrnae crudeliter interfecit, ex quo hostis à Senatu judicatus est. *Volat. lib. 15. Anthropol.*

Vide de eodem infra, Tit. A seipsis interfecit, s. hostium.

CLAM EX INSIDIIS SICARII.

Cum venisset in Judaeam Festus procurator sub Nerone, offendit totam afflictam à latronibus, vicus passim populantibus, quorum ferocissimi, appellati Sicarii, tunc ad maximum numerum excreverant, utentes gladiolis instar acinacis Perfici incurvis, quales ficas Romani nominant, unde latronibus ipsis cognomen est inditum, multorum caede infamibus: qui, festis diebus admixti turbae undique in urbem confluenti religionis gratia, nullo negotio quotquot collibuisse tollebant de medio: aliquando etiam armati invadebant inimicorum vicos, direptoque tradebant incendio. *Ioseph. lib. 20. cap. 7. Amiq.*

Opillus Macrinus (ut scribit Aurelius Victor, & Capitolinus) libertini generis, venali fide, Caracallam Imperatorem suum, dum ex equo mingendi causa descendisset, in recessu interfecit. *Volat. lib. 23. Anthropol.*

Edritus Anglus, ut Canuto Danorum Angliae Regi, qui in regni societatem Edmundum admiserat, totum regnum affereret, clam in cloacas regias, ad quas Edmundum alvi solvendae gratia committere solebat sciebat, ingressus, veru ferreo inguen Edmundi percussit, celeriterque se subducens, ad Canutum accurrit, regem cum salutans totius Angliae: facinusque suum enarrans, id quod ipse multo tempore optasset, jam tandem effecisse se ait: manu sua sustulisse Edmundum profectus, ac tanta rei dignum praemium Canutum postulat. Canutus, estis amuli morte ex animo non delectat, medio in foro Edritum suspendit, meritaque perfidiae poenas dare coegit. Eo facto & suspitionem à se omnem caedis avertit, & conciliatis reliquis, regnum totius Angliae maximo omnium consensu adeptus est. *H. Boeth. lib. 12.*

Calippus, quo pugione amicum simulans interemit Dionem, eodem post ipse ab amicis sublatas est. *Plutar. de tarda Deo invidia.*

Caes. & Thasso Githilphi Forojuvensis Ducis, à Cacanò Avatum Rege occisi, filii, in patriam quasi postliminio reverti, Ducatus administrationem susceperunt. Ii ultra patriae fines eam Germaniae partem suae ditiosis fecere, qua nunc vulgo Zelia dicitur, olim Julia. Quam opibus & celebritate florentem, miraque concordia Ducatum administrarent, Gregorii Romani patrii fraude periire: quos ille quum ad se Opterium magnis sollicitationibus traxisset, ubi oppidum ingressi sunt, continuo clausis portis cum delecta comitum manu trucidavit. Nec juvenes fortissimi inulti periire: sed ubi vim apertam fieri viderunt, illico strictis ensibus aliquandiu pro salute decertarunt: mox vero omni evadendi spe amissa, ne inultum id hosti foret, facto in oppidanis impetu, ingentem stragem edidit, donec fortiter dimicando occubuerunt. Thaso nis caput Gregorio allatum est, cui ille, ne perjurus videretur, barbam tasis: ea enim spe Thasomem ad se traxerat, ut ubi primam juveni barbam recidisset, in heredem, ut mos gentis fuit, videretur habiturus. *Sab. de vetust. Aquil. lib. 4.*

Olo, Sivari Norvegiae regis filius, ex Heraldii Suecicae regis germana, animi corporisque dotibus praepollens, adeo visu effersus, ut quod alii armis, ille oculis ageret in hostem terrendo: Vermorum regis filiam ambiens, oculorum fulgore ita affectus, ut subito concideret, nec nisi demissis oculis ab ea conspici posset. Cum Danorum procerum conspiratione Starcaetherus ejus ob tyrannidem occidendi consilium cepisset, ingreditur ad regem in balneis nudum, ipse terro succinctus: Rex ingredientem acrioribus oculis intuitus, statim repulit invictum alioqui virum. Sed mox ad se rediens, virum per bellatorem & armis fortissimum, abeuntem iussit revocari, arbitratus, magni aliquid allaturum. Ubi rediit, oculos rex submisit: Quid est, inquiens, Starcaether: quid affers: Ille districto ferro assurgente transverberavit. *Cranz. lib. 2. Danica, c. 12.*

Efficientis tantum ratio hic habetur. In sum mortis genus ad suos peculiare titulos referri debet. *Consule Tit. Devoti pro patria: Item, Declinatio mortis nimia.*

QUI NOLENTES ET CASU SESE PEREMERUNT.

Cambyfes Rex, audita Smerdis Magi, qui regnum in Perside occuparat, rebellionem, & agnoscentis sine causa fratris sui Smerdis interemptorem se fuisse, delectat Smerdem. Mox (cum erat omni chade afflictus) in equum insiliit, ut celeriter Susa versus exercitum duceret in Magum. Insilienti in equum vagina gladii excidit: unde nudatus gladius perfrinxit ejus femur,

A femur, in ea scilicet parte, in qua prius ipse tanquam oppor-  
 tuna ad ferendum percussit Apin Aegyptiorum deum. Vulne-  
 ratus Cambyles, quondam illi oppido nomen esset, interro-  
 gavit. Illi ajunt, Ecbatana. Sed cum fuisset jam antea Cam-  
 byli reddidit eum urbe Buti oraculum, eum in Ecbanis de-  
 cessurum, ipse interpretabatur se in Ecbanis Medis, ubi res  
 ejus omnis erat, senem vita functurum: at oraculum in Ecba-  
 nis Syria loquebatur. Obstupuit igitur oppidi nomen au-  
 diens: tum Magi injuria percussus, tum vulnera: verbaque  
 oraculi expendens: Hoc in loco, inquit, fatale est, Cambysem  
 Cyri decedere. Herod. lib. 3.

Calojoannes (qui Maurus dicebatur) Imperator Constanti-  
 nopolitans, in Cilicia adversus aprum pugnans, adeo ma-  
 gnis viribus arcum intendit, ut sagitta manum, qua tenebat  
 arcum, trajiceret. Quo cum veneno, ut in venatione moris  
 est, ferrum illi tum haberet, paucis diebus interit, relicto Ema-  
 nuele filio, Imperii successore, Christi anno centesimo ac tri-  
 gesimo post mille. Fulg. lib. 9. cap. 12.

**QUI SPONTE ET VOLENTES**  
 sibipis manus intulerunt.

**A** *Adverta.*  
 Vocabant tempus illud Graeci, cum afferre sibi manus sine  
 reprehensione quos posset, *δραρον εταροψη*: quod valet,  
 Adeptum esse causam justam mortem sibi consciscendi, *εταρον*  
 enim *εταρον* significat, educere se ex hac vita tanquam e custo-  
 dia: ut Plato quoque locutus est in *Pheadone*, *Victorius lib. 6.*  
*var. lect. cap. 11.*

**IMMORTALITATIS STUDIO.**

*Lactantius lib. 3. de falsa sapientia, cap. 18.* inquit: Multi  
 ex his, qui aeternas esse animas suspicabantur, tanquam in ce-  
 lum migraturi essent, sibipis manus intulerunt: ut Clean-  
 tes & Chrylippus, ut Zeno & Empedocles, qui se in ardentis  
 Aethnae specum intempesta nocte dejecit, ut cum repente non  
 apparuisset, abesse ad deos crederetur.

Cleombrotus seu Theombrotus ex Ambracia, quum legis-  
 set opus Platonis de animarum immortalitate, Phaedonem di-  
 ctum, sponte se praecipitavit. *Ovid. in Ibin:*  
*Vel de precipitiis venias in Tivariarum saxo,*  
*Vi qui Socraticum de necesse legit opus.*

**L**actantius: Quid, inquit, Ambraciotis ille, quum eun-  
 dem librum perlegisset, precipitem se dedit, nullam aliam ob  
 causam, nisi quod Platoni credidit? Quod si fuisset Plato, ac  
 docuisset, quid, & quo modo, & quibus, & quae ob facta, &  
 quo tempore immortalitas tribuatur, nec Cleombrotum im-  
 pegisset in mortem, nec Catonem. *Cic. lib. 1. Quaes. Tusc.*  
*Callimachi epigramma in Cleobrotum extare scribit, qui e*  
*muro se in mare abjecerit lecto Platonis libro.*

**LEGUM OBSERVANTIA.**

Charondas Thyrus, quum legem tulisset, ne quis armatus  
 veniret in concionem: & tamen ipse rure veniens, praeter  
 spem alter fecisset: motus legis ab eo qui proximè sedebat  
 vitam sponte reliquit, & gladio suo incubuit: quum tamen  
 culpam dissimulare potuisset, aut defendere. *Val. Maxim.*  
*de Iustitia.*

**CASITATIS CONSERVANDA ERGO.**

Sophronia matrona Romana, altera Lucretia Christiana,  
 cum vim Decii principis metueret, consentiens marito, arre-  
 pto gladio seipsum transfixit. *Eusebius in historia Ecclesiastica.*  
*Niceph. lib. 7. cap. 11.*

**AMORE PATRIAE.**

*Vide Titulum Fidei erga patriam.*  
 Argivus Thebas obsidentibus, quum Tiresias vates praedi-  
 xisset, Thebanos expugnatum iri, nisi eorum (qui serpenti-  
 dentibus prognati fuerant) aliquis se morti devoveret:  
 Menecceus ut patriae salutem consulere, in ipsis Thebarum  
 menibus gladio se confodit, confosum corpus ad hostes  
 deturbavit. Quo viso, protinus abierunt Argivi. *Strabon. lib. 1.*  
*Thebaidos.*

Otho Sylvius Imper. ab A. Vitellii militibus pressus, inten-  
 derat jam morti, ne sua causa florentissimas Populi Romani  
 legiones in discrimen adduceret: tumultu inter moras exor-  
 to, ut eos, qui discedere & abire cepabant, corripere quasi de-  
 fectores, veterique sensit: Adjiciamus, inquit, vitam & hanc  
 noctem: demerite vim cuiquam fieri: & in serum usque pa-  
 tentem cubiculo, si quis adire vellet, proferatam sui praebuit.  
 Post haec sedata fuit gelidae aquae portione, arripuit duos pu-  
 giones, & explorata utriusque acie, cum alterum pulvino sub-

didisset, foribus adaptatis, arctissimo somno inquevit. Et cir-  
 ca lucem demum expergefactus, uno se trajecit icu infra la-  
 vam papillam. Irrepentibusque ad primum genium, modo  
 celans, modo detegens, palam examinatus est: & celeriter apud  
 Veliternam (ita praecerat) funeratus trigemio & octavo  
 status anno, & nonagesimo & quinto Imperii die. *Suetonius*  
*& Dion. & Plut.*

**AMORE DUCUM, PRINCIPUM.**

In gravissima illa inter Othonem & Vitellium de Imperio  
 contentione, quae in bellum civile excreverat, superatis jam  
 Othonianis, unus ex equitibus cladem Othoni nuntiavit.  
 Cui cum fidem non haberet, eumque fugitivum atque hostem  
 appellaret: Utinam, inquit, haec falsa essent, Imperator: liben-  
 ter enim te victore mortem occumberem: nunc autem, ut  
 cuique sit, moriar, ne videar salutis meae causa fugisse.  
 Atque haec cum dixisset, manus in omnium conspectu sibi  
 intulit. *Xiphil. & Plut. in Othone.*

**FIDE CONJUGALI.**

Alceste filia Perilae, seipsum interfecit, ut umbra sua con-  
 tenti Manes, Acrostus agroti marito parcerent. Euripides in  
 Alceste. *Seneca in Medea:*  
*Conjugis satum redimens Pherai,*  
*Vxor impendat animam marito.*

Aria mater (nam fuit ejusdem nominis filia) damnato Pe-  
 tro marito, confodit corpus gladio: quem vulnere educens,  
 ipsi Petro quatenus dedit, ut idem faceret. *Martial. lib. 1.*  
*Casta suo gladium quem traderet Aria Peto,*  
*Quem de visceribus traxerat ipsa suis.*  
*Si qua fides, unicus quod feci non dolet, inquit.*  
*Sed quod in facies, hoc mihi, Peto, dolet.*

**AMORE DOMINORUM.**

Mithridates, a Pompejo superatus, filiam nomine Dira-  
 ptim Menophilo Eunuchio servandam commisit in castello  
 quodam Simthorio nomine. Quod quum Manlius Pricus oc-  
 cussisset, defensoreque deditus esse parantes Menophilus fen-  
 dit, gladium in viscera sua adegit, veritus, ne captiva puella  
 violaretur. *Amianus Marcellinus lib. 16.*

Neara & Charmiones, Cleopatrae ancillae, spontaneam do-  
 minae mortem imitantes, ac semiviva reperata, reginae jam mor-  
 tue coronam capite delapsam reposerunt. *Plut. in Anton.*

**ODIO CONJUGALI.**

Sabina Imperatrix, Adriani uxor, servilibus prope injuriis  
 ab eo affecta, ad mortem cucurrit voluntariam, quod tam  
 immane ingenium, humanique generis perniciem pertulisset.  
*Aurelius.*

**ZELOTYPIA.**

*Vide Tit. Zelotyporum.*

**LABORIS ODIO.**

Romana plebs laboris cloacarum aedificandarum taedio sub  
 Tarquinio Superbo rege necem sibi conscivit. *Plin. lib. 36.*  
*cap. 15.*

**MORBI IMPATIENIA.**

Seloftris Aegyptiorum rex, seu senio, seu morbo, sive alia  
 fortuna, oculis captus, seipsum interfecit.  
 Timanthes Cleoneus, Pancratiaestes, aegre ferens, vires sibi  
 per atatem desessit, rogo extructo seipsum in ignem con-  
 jecit. *Vide Tit. Pancratiaestorum.*

M. Porcius Latronem, declamatorum insignem, & praes-  
 tanti virum memoria, duplicis quartanae taedio manum  
 sibi admovisse, atque ita sanctum fato, Chronographi tes-  
 tatur.

Dion prodit, Euphratem philosophum sponte de vita ex-  
 cessisse, quod veniam esset impartitus Adrianus, ut id citra  
 ignominiam liceret, ac infamiam, quia esset annis fessus, &  
 morbo divexaretur: quibus malis cicute haustu est occu-  
 sum. At Martianus digestus de bonis oratorum, qui sibi manum  
 conficere: Qui sibi manum (inquit) inferre voluit, nec  
 perferit, puniendus est: nisi taedio vitae, vel doloris impatien-  
 tia id agere est coactus, qui sibi non peperit, multo minus aliis  
 parceret. *Caelius lib. 23. cap. 18. A. L.*  
 Silius Italicus poeta, incurabilis morbi taedio, voluntaria  
 oppedit mortem, annos natus septuaginta quinque.  
*Pollitianus in Nevricia:*  
*Ipsa obit plenusque aevi, natoque superstes,*  
*Aspera congenita sibi vestigia clavo.*

**FUROR E, AMENTIA.**

Virgines Milesiae repente sine ulla evidenti causa, volun-

A voluntatem ceperant obeunda mortis, plurimaeque jam lu-  
 spendio vitam amiserant. Quarè Milesii suavi cujuscumque ma-  
 tronae decreverunt, ut quae virgines corporibus suspensis  
 mortuus detreherentur, haec post hanc legem, cum eodem  
 laqueo, quo praevinctae & alligatae essent, nudae tota via pu-  
 blica ad sepulturam effertentur. Post quod decretum virgines  
 a spontanea morte pudore solo deterrita fuerunt. *Gellius*  
*lib. 15. cap. 10. & Plutarchus aed. Aegypti, & Polyenus*  
*lib. 8.*

Cum Cleomenes Spartanorum regis peritiam erga Dema-  
 rati collegam (quem falsis criminibus regno privarat) La-  
 cedae monii cognovissent, & is exul Arcades contra Spartam  
 sollicitaret, Spartani timentes sibipis, Spartam eum evoca-  
 runt ad pristinum dignitatem. Sed eum revertiam statim mor-  
 bus insaniae cepit, & jam antea subinsanum. Nam ut cuique  
 Spartiatarum obvius erat, in ejus faciem insilligebat seipsum.  
 Haec illam facientem, ac despicentem, propinqui soleis li-  
 gneis insilligaverunt. Qui cultodem digestis aliis solum reman-  
 sisse cernens, petiit ab eo gladium. Custode abnuente dare,  
 comminabatur, donec nimis terribis custos (erat enim servus  
 quidam) gladium tradidit. Eo accepto, Cleomenes a furis in-  
 cipiens, sese detronebat. In longum namque discindens car-  
 nes, & tibis ad femora processit, & femoribus ad coxarum  
 vertebrae, atque illa, quaeque pervenit ad abdomen, in quo  
 relictum exspiravit: ut perierit Graecorum memorant,  
 quia Pythiam corruerat ad ea dicenda, quae circa Demara-  
 tum acta sunt: ut soli Athenienses, quod adortus Eleusiam,  
 tantum deorum fuerat depopulatus: ut Argii, quia eos qui e  
 pugna fugerant Argios, ex Argi templo abductos obruncarat,  
 & ipsum lucum, quem in Argia occupasset, incenderat Spar-  
 tani, exheritate, cui conversatione Scythiarum assueverat.  
*Herod. lib. 6.*

Macho servus in lectum Jovis Capitolini conscendens,  
 multa, & ea quidem gravia vaticinatus, catellum, quem se-  
 cum attulerat, occidit, & mox seipsum interfecit. *Xiphilinus*  
*in Calligula.*

Lucretius poeta physicus, sumpto amatorio poculo, eò fu-  
 roris raptus est, ut manum sibi intulerit, natus annos plus  
 paulo quadraginta. Quinetiam eo, primum moreretur, de-  
 liri diu ante fertur laborare: neque ad scribendum carmen  
 animum appulisse, nisi interfecta intervallatae insaniam. *Euse-  
 bius, & Volater. lib. 16. Vrb. comment.*

**Ambitione.**

Peregrinus Philosophus Cynicus, gloriae causa in pyrami ar-  
 dentem Olympiae seie coniecit. *Lucianus.*

**Pudore.**

Athenienses & Lacedaemonii, quum de Tyreatium agro  
 inter se contenderent, tandem ita pepigerunt, ut trecentis mi-  
 litibus lammam rei committerent, qui sua pugna omnium li-  
 tem dirimerent. Ibi omnes interfecti sunt, praeter unum Or-  
 thryadem Lacedaemonium, qui spoliatis prius hostium cor-  
 poribus, & ad sua castra relatis armis, deinde in securo sangui-  
 ne suo, Vici, inscripto, cum pudere Spartam reverti ob so-  
 cios interfectos, sibi mortem conscivit. *Plutar. Valer. Max.*  
*Ovid. in Fastis, & Volat. lib. 17.*

Lucretia tantum Romanae castitatis lumen, aegre ferens  
 suae pudicitiae florem à Sexto Tarquinio, Tarquinii Superbi  
 Romanorum regum ultimi filio, corrumptum, coram marito  
 & cognatis culpam fassa, gladio, quem sinu abiderat, senet  
 ipsam occidit.

M. Amyllii Scauri filius, cum idè quod in saltu Tridenti-  
 no hostibus loco cesserat, in patris conspectum venire non au-  
 deret, verecundiae ignominia pressus, mortem sibi conscivit.  
*Caelius, & Front. lib. 4.*

**Sceleris conscientia.**

Pontium Pilatum, patriam Lugdunensem, ferunt nefarie in  
 Christum sententiae meritis dedisse penas, sibi que mortem  
 intulisse. *Gregor. Turon.*  
 Aelius rex Ventorum, audito Canaces filiae cum Macareo  
 fratre incestu, ad eam gladium misit, ut scelus voluntaria mor-  
 te dilueret. *Plut. & Ovid. in Epist.*  
 Cyane puella a patre Cyanippo incognito per vim stuprata,  
 ubi tandem auctorem sceleris agnovit, illum prius, dentum  
 seipsum interfecit. *Plut. & Dositheo lib. 3. rerum Sicul.*  
 Biblis Mileti filia ex Cyane, quum fratrem Cannum misere-  
 re deperiret, neque ejus concubium posset assequi, se occidit,  
 & in fontem postea Najadum beneficio mutata est. *Ovid.*  
*lib. 1. de Arte.*  
*L. B. Theatr. vita Human. Tom. IV.*

*Biblidia quid referam, vetito qua fratris amore*  
*Arsti, & est laqueo fortiter vita nefas.*

Tereum regem Thraciae ferunt perpetrato in Philomelam  
 uxoris Prognos forem scelere, sibi mortem Mazaris con-  
 civisse: mortuoque sacra instituta amiveteraria, in quibus  
 ordei loco calculis utebantur. Atque eo quidem in loco pri-  
 mum uppam, in qua mutatus fertur, vitam memorant.  
*Pausan. in Atticis.*

Papirius Romanus, quum forem Canusam gravidam  
 fecisset, & illa gladio a patre misso sibi corpus confodisset,  
 seipsum quoque mortui forori dedit comitem. *Crypsippus. 1.*  
*Rer. Ital. apud Plut. in Paral.*

Byfalia puella & Calphurnio Crasso (cui patrem prodiderat)  
 relicta, sibi ferro jugulum tranhverberavit.

**M E T U V E L**  
**Paupertatis.**

Apicius Romanus, pronus in omnem luxuriam, cum in-  
 ret secum rationem, quantos sumptus fecisset, & quantum re-  
 staret, cognovissetque, sibi reliqua esse aureorum centena mil-  
 lia, hoc est 250. myriades drachmarum, timens, ne fame mori  
 cogere, sibipis manus intulit. *Dion. Nicaeus in Thierio.*  
*Ignominia.*

Sophocles ultima jam senectute, cum in certamen tragoe-  
 diam dimisisset, accipit sententiarum eventum diu sollicitatus,  
 aliquando tamen una sententia victus, causam mortis gladium  
 habuit. *Valer. Max. lib. 9. cap. 12.*

Cleopatra Aegypti regina, mortuo Antonio marito, ubi in-  
 tellexit se ab Augusto in triumphum reservari, causa decli-  
 nandae ejus ignominiae, brachium apud mordendum pre-  
 buit: Caesare Phyllos veneficos, qui serpentis venenum e  
 vulneribus haulium revocarent, & exurgerent, frustra admo-  
 vente. Plutarchus scribit, ex aliorum sententia eam habuisse  
 venenum in acu crinali, quod hauserit. Nam neque corpus  
 deformatum, nec aliquid ulium apparuisse veneni signum: nec  
 apud eam ab ullo conspectam, sed tractus dumtaxat visos: ipsius-  
 que brachium deus notas habuisse leviter impressas, & hu-  
 midas. Caesari in triumpho Cleopatrae imaginem tulit, cum  
 apud mordicis affixa. *Plin. lib. 21. cap. 3.* Vide infra eandem  
 historiam prolixius, *Tit. Inverfetti à Serpentibus. Item in G*  
*loco de Tolerantia, & Ignominia causa.*

**Condemnationis.**  
 Archias stipulatus à Demetrio quingenta aut talenta, ut  
 Cyprum prodiret, re deprehensa, arrepto fune ex his, qui  
 sustentuntur tentoria, suspendit sese. *Erasmus in Adag. ex*  
*colleto. Grec.*

Cleomenes Spartanorum rex, Alexandria exul, conspira-  
 tione contra Ptolomaeum Philopatorem facta, cum ea ma-  
 le processisset, sibipis cum focis manus intulit. Ptolomaeus  
 vero etiam cadaver Cleomenis impetavit excoxiatum, in cru-  
 cem agi, necari insuper liberis ejus, matrem & foeminas ejus  
 comites. *Plut. in Cleomene.*

Appius Claudius Regillanus Decemvir, eò quod Virgi-  
 niam Virginii Centurionis filiam, inhonesto amote incestus  
 per fas nequeque stuprare vellet, in carcere sibi manus intulit.  
*Livius.*

Oppia & Floronia Vestales, stupri comperta, sibi mortem  
 intulere, graviore supplicii metu, ne vivae sub terra defoderen-  
 tur. *Volat. lib. 2. Anthrop.*

Fannius Cepio, deprehensus in conjuratione adversus Au-  
 gustum, sibi mortem conscivit. *Martialis lib. 2. Epigram-*  
*masum:*

*Hostem quem foveret, se Fannius ipse peremit.*  
*Hic, rogo, non furor est, ne moriari, mori?*

Cor. Gallus poeta elegiographus, Virgilius amicus, & coe-  
 raneus, ab Augusto praefectus Aegypti designatus, Theba-  
 rum civitate spoliata, quum repetundarum postuleretur, fur-  
 tique & populatae acculeretur provinciae, sibi mortem intulit,  
 anno suae aetatis XLII. *Marcel. lib. 17. Ovid. lib. 3. Eleg.* Alii  
 motum volunt, quod Augusti domo ei fuisset interdictionum, ut  
 scribit *Tranquillus*. Alii ob linguam nimis effrenem. Quod  
 & Ovidius videtur probasse, ubi ait:

*Non fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo,*  
*Sed linguam nimio non tenuisse moro.*

De eo sic *Dion in Augusto*: Cornelius Gallus ab Octavio  
 Caesare in Aegyptum missus, fias status in omnibus fere  
 Aegypti partibus collocavit, & res à se gestas in pyramidi-  
 bus inscribi curavit. Unde à Largo accularus, & magno de-  
 decore affectus, mortem sibi ipsi conscivit. **F** **Pha-**

A Phœbe Julæ liberta, atque libidinis foras, mortem sibi voluntariam post multis proficitur pudicitiam concivir: & ob eam rem plurimum ab Augusto laudata est, qui Juliam filiam ob nocturnas cum fornicatoribus comestiones relegaverat. *Dion. in Augusto.*

Cn. Corbanus, victus à Sylla, exulavit apud Rhodios, ubi comprehensus, seipsum interfecit. *Livius lib. 89.*

C. Rufus Geminus, impietatis in Tiberium accusatus, tabulas testamenti sui atulit in Senatum, in quibus filios suos & Tiberium heredes faciebat ex æquis partibus. Tamen accusatus per invidiam à Tiberio, qui male ei volebat, nullam aliam ob causam, quam quod mollis & effeminatus esset, domum reverit, antequam aliquid decerneretur. Post, ubi intellexit quæstorem adesse ad renunciandam sententiam, qua fuerat condemnatus, se ipse percussit, ac vulnere quæstori demonstrato: Refert, inquit, ad Senatûm pacto fortes viros hoc mortem oppetere. *Dion. in Tiberio.*

Publica Prisca, C. Rufi Geminii uxor, rea, in Senatum venit, ibique pugione, quem sub veste condiderat, se ipsam interemit. *Dion. in Tiberio.*

Piso homicidium reus factus, introductusque in Senatum, ac in eo paululum commoratus, mortem sibi concivir. *Dion. in Tiberio.*

Asiaticus apud Claudium Cæsarem accusatus atque condemnatus, mortem sibi ipsi concivir. *Dion. in Claudio.*

Nero hostis patriæ à Senatu judicatus, urbem egressus, sequentibus liberis, semet ictu gladii transegit, ad quartum urbis miliarium, adjuvante trepidante manu impuro eunucho Sporo, vel Epaphrodito à libellis. Perit anno ætatis suæ trigimo secundo. *Antonius.*

Marcia Nera propriam vim percussit. *Suetonius, Europius.*

Duo ad bellum damnati, ut se ea crudelitate ludibrioque redimerent, quemadmodum Seneca scriptum reliquit, cum curru ad theatrum deportarentur, alter ipsorum cum dormire se fingeret, ad eum caput inclinavit, ut inter rotæ radios illud involveret, rotaque vertendo collum ejus frangeret. Alter autem cum obtinisset, ut e curru levandi ventis gratia descenderet, spongiam, quæ in publicis latrinis ad purgandum anum ligno affixa manebat, gutturi tanta vi inferuit, ut confectum præcæcula anima periret. *Fulg. lib. 9. cap. 12.*

Interfecto Galba, qui Trigillum Neronis magistrum à morte servaverat, torquebat plebem, quod Solem adhuc aspicere Trigillum, postquam tot & tales viri ejus causa lumen illius non aspiciebant. Misit igitur in eum Otho ad villam victricis apud Sinuessam. Illic agebat, paratis ibi navibus, quibus protuberet. Eum, qui missus fuit ad ipsum, magna vi aurimolius est, ut se missum faceret, inducere. Postquam id frustra fuit, arqum dedit ei munera: oravit autem, ut sustineret, dum barbam rasisset: acceptoque cultu tonsorio, fauces sibi ipse præcidit. *Plut. in Othone.*

Hofium.

Zambri tyrannus Israelitarum. *Vide supra. Interfectores sui ipsius.*

Hircanus II. Judæorum princeps, cum Tyrum in Arabia munitionum locum edificasset contra viam fratrum, & Arabum incurfiones, metuens, ne in manus Antiochi Epiphani, qui Seleuco Soteri fratri in regno successerat, incidere, sibi manus intulit. *Iosephus lib. 12. cap. 4. & 5. Antiq.*

Superatis ab Alexandro Magno Atheniensibus, Democritus Atheniensis (qui Macedonum opibus semper obstitit) venia deperata, gladio se transegit. *Curtius lib. 5.*

Dinoerates dux Messenius, victus ab exercitu Achaëorum, urbeque amissa, se venit in inimicorum manus, sibi ipsam mortem concivir. *Plut. in Philopomene.*

Dianus Megalopolitanus Achaëorum prætor, cum esset animi rabie Romanis obstitit, à L. Mummius victus, Megalopolim turpitur fugit, & manu sua uxore, ne in hostium potestatem veniret, occidit, hausto veneno occubuit. *Pausanias in Achaïcis.*

Petronius, qui Q. A. live Cæli beneficio ex humili loco ad equestrem pervenerat ordinem, cum Aulus Placentia præfisset, ne manus hostium veniret, gladio incubuit. *Val. Maxim. lib. 4. cap. 7.*

P. Crassus, L. Crassi oratoris frater, J. C. quum factionem sequeretur Marianam, ne in manus inimicorum incidere, seipsum interemit. *Polaterran.*

Cornelius Merula, Lucii Cornelli consulis nepos, & flamen Dialis, partium Syllanarum, ingresso urbem Mario, in Jovis æde, venis fucatis se necando, mortis contumeliose damnationem effugit: sacerdotisque sui sanguine foci venustissimi maduere. *Val. Maxim. lib. 9. c. 12. August. de Civit. Dei. lib. 2. c. 17. Florus lib. 3. c. 21.*

C. Marcus junior, mortuo patre, in optimates crudelis, Prænestæ à L. Sylla oblectus, vehementerque vite retinendæ penicillam anxius, ubi volare nequivit, cum capitur oppidum, sibi ipse concivir necem. *Plut. in Mario.*

C. five L. Fimbria, fatelles Cinnæ, Marianarum partium, occiso adversæ partis consule Val. Flacco, & fufis Mithridatis ducibus in Asia, L. Sylla imminabat. At ubi caltra castris apposita habens ad Tiaryra, milites suos sagatos cum Syllanis congregari, eoique in aggere excitando adjuvare vidit, Syllam ut implicabilem metuens, Pergamum reversus, in templo Esculapii sibi manum intulit. Sed quum id vulnus minus altè esset impressum, servum hortatus est, ut inceptum juvaret. Is herum primò, mox seipsum ferro transegit. Ejus exercitum benigne Sylla suscepit, diem interque sub lignis habuit. *Sabel. lib. 3. Enn. 6. ex Plut. Sylla.*

Dollabella partium Cæsarianarum, cum Trebonium unum ex Cæsaris percussoribus Smyrnæ crudeliter interfecisset, ideòque à Senatu hostis judicatus esset, tandem in Syria multis præliis cum Crasso congressus, victus, sibi manus intulit. *Appianus lib. 4. Bell. civi.*

Peterejus dux Pompejanus, à Cæsare in Hispania superatus, se ferro & inedia interemit. *Appianus lib. 2.*

Juba rex Mauritania, à Cæsare victus, sibi mortem concivir. Ejus filius puer Romanum in triumphu ductus, literis claruit.

M. Antonius Triumvir, cum ad Actium navali prælio ab Augusto superatus esset, Alexandriæ ab eodem oblectus, gladio spontè incubuit. *Plut. in ejus vita.*

Decabalus Dacorum rex, à Trajano Imp. victus, ne caperetur, manus sibi ipsi intulit. Ejus caput Romanum perlatum est. *Dion. in vita Trajani.*

Albinus à Severo Imp. victus, in ædem quandam ad Rhodanum confugiens, mortem sibi concivir. *Xiphil. in Severo.*

Arbogastes, quum Valentinianum juniorem apud Viennam dolo strangulasset, ut eidem in Imperio succederet, à Theodoro mortem ejus ulciscente superatus, sua se manu peremit. *Paulus Diaconus.*

Magnentius tyrannus à Constantio Imp. victus, Lugudunum aufugit. Victori ut comites gratularentur, consilium in eum tyrannum capere, & Augusto tradere. Ille vero sentiens se custodiri, deesseque locum fugæ, furorem simulat: fratri Desiderio vulnera infert, non tamen lethalia, tum quosdam amicos interfecit. Post coangustatus, gladio occultè accepto, ictum pulsi parietis juvenis (ut erat vasti corpori) naribus atque ore cruorem effundens expiravit, mense Imperii XII. anno ætatis XL. Eius morte audita Decentius frater, qui Gallias tuebatur, sibi metuens, laqueo facticæ ad collum posito, apud Senonas vitam finivit. Alter vero frater Desiderius accessit ad Constantium, à quo liberaliter acceptus est. *Cuspin.*

Gerontius dux, qui Maximo tyrannidem in Hispania, pulso Constante Constantino Galliarum tyranni F. conciliaverat, dum Arletanem obsidet, à militibus ad Constantium Honorii Imp. ducem deficientibus desertus, in Hispaniam rediit. Milites eum concussu facto domi circumdederunt, ac strenuè se cum paucis servis defendere molientem, igne rectis injecto eò desperationis adegerunt, ut post familiarum suam Alannum, & Nonnicium uxorem occisam, sibi manum intulerit, ac pectus gladiolo hauserit. *Sigon. lib. 11. Imp. Occid. Principum odii.*

M. Syllanus, Caligule Imp. locet, postquam sensit se propter virtutem & nobilitatem generis gravem esse Cajo, mortem sibi ipsi concivir. *Dion. in Caligula.*

In dominorum.

Pachus Catonis senioris servus, cum tres puellas e captivis, quæ sub hasta veniebant, emisset, vetitus eas ab herodum ducere, præ maxore sibi mortem concivir. *Plutarchus in Catone.*

MOERORE, INDIGNATIONE. Ob consilium scriptum.

Architophel consiliarius Abalon, vir tanta existimationis, ut omnis ejus consilia pro oraculis haberentur, cum videt Chufai Achitæ summi Davidis amici consilia ab Abala-

A Abalon suis præserti, rei indignitate motus, desperatis rebus seipsum domi suæ, datis familiar præceptis, laqueo necavit. *2. Reg. 16. & 17.*

Patriæ excidium.

Artistodemus Messeniorum rex ultimus, cum pro salute patriæ iusto oraculo filiam suam occidisset, & tamen multis aliis indicis interitum regi instare prævideret, cum sex & amplius annos bellum contra Lacedæmonios fortissimè gessisset, 20. anno belli Messenici primi ad filiam tumulum sibi ipsi manus intulit. Idone arx à Spartanis capta, Messenii sub jugum missi. *Pausan. in Messenici.*

Cladem exercitus.

Amico dux Carthagenis, cum pestilentia oppressum exercitum ferè totum amississet, moestamque civitatem & ululatus plenam audivisset, ipsos divos suamque incensam fortunam, clausis foribus sibi mortem concivir. *Trogus lib. 19.*

Victoriam hostium.

Saul ex prælio ultimo, quod adversus Philistæos in monte Gelboe gessit, sagittis graviter vulneratus, ne in hostium potestatem veniret, amigro imperans, ut se stricho enie transegeret, eoculante, ipsemet gladio suo incubuit. *1. Reg. 28. & 31.*

Taurea Jubellus Campanus, memoranda viri fortitudine, à Fulvio Capua capta, manu propria conjuge liberisque intersectis, se postremo ante pedes Imperatoris gladio transfixit. *Livius lib. 2.*

M. Cato Uticensis minor, gravatè ferens Pompejum (cujus partes fovebat) à Cæsare superatum, suo gladio incubuit, lecto prius Platonis Phædonè de Animæ immortalitate. Cujus audita morte, Cæsarem dixisse ferunt, & se Catonis invideret gloriæ, & fuz Catonem invidebat. Sic autem abiit de vita, ut testimonio Ciceronis, causam moriendi nactum se esse gauderet plurimum. Dicitur est Uticensis ab Utica urbe Africa, in qua se occidit. *Plin. lib. 5. & Gellius lib. 13. Lactantius*

Catonem in omni vita Socraticæ vanitatis imitatore, homicidam (suisque exitiis scribit).

M. Brutus, unus ex his, qui Cæsarem XXXI. vulneribus in Senatu confoderunt, ab Augusto & Antonio apud Philippas victus, manum sibi intulit, juvante Stratone theore. *Plutar. in Bruto.*

C. Cassius post interfectum Cæsarem ab Antonio & Augusto bello petus, castra cum Bibulo junxit apud Philippas. Verum quum inclinatum videret aciem, ultro sibi mortem intulit, eodem pugione, quo in Cæsarem usus fuerat, auctore Plutarcho: vel (ut alii malunt) Pindato liberto jugulandum se præbuit.

Labæo Marcus in calamitate Macedonica, quum hostis premeret, seque natumque gladio traiecit, ne victoris Octavii vultum fulsineret. *Pontanus de Fortitudine bellica.*

M. Antonius victus Alexandriæ ab Octavio, & à suis desertus, fugiebat. Cleopatra cum itam ejus & desperationem formidaret, confugit ad monumentum, cataraclæque demisit claustris & repagulis summatas, ac misit ad Antonium nuntiatum defunctum se esse. Id credens ille, & secum locutus: Quid ultra moraris Anton? unicam fortuna & reliquam eripuit tibi trahendi spiritus causam, cubiculum ingreditur, laxantque & aperiens foricam: Non crucior, inquit, Cleopatra, quia te sum orbatus: mox enim istuc adero: sed quod tantus Imperator superari animi celsitudine deprehensus sum à femina. Erat servus ei fidus Eros nomine. Hunc jam pridem oraverat, si res postularer, ut interficeret ipsum: Tunc exegit promissa. Ille districtum ensen exultit illum quasi icturus, verum aversus vultu interemit semetipsum. Quo ad pedes suos collapsa, Antonius: Mahe Eros, inquit, qui quod non sustinisti mihi ipsi facere, quod faciendum sit, doces. Ita ventrem fodi, atque in lectulum demisit se. Ictus non fuit is, qui maturaret mortem. Unde cursu sanguinis, postquam decubuit, inhibito refocillatus, oravit assidentes, ut se confoderent. Illi ejecerunt se ex cubiculo, volenter, & discruciantes se Antonio, dum Diomedes scriba venit à Cleopatra, jussum eam in monumentum ad sillam deportare. Quam ut cognovit vivere, servis imperavit ardentem, ut tollerent se: ac manibus ad janam edificii se gestans. Non reletavit Cleopatra fores, sed ex fenestris spectans, restes & funiculos demisit. His annexum Antonium traxit in altum ipsa & duæ mulieres, quas in monumentum solas lectum duxerat. Ut eum hoc modo accepit, & deposuit in lectum, pepla eum lamentans dilaceravit: pectusque suam percussit & lanians manibus.

Capivivalem.

Sargapiles Tomyris Scytharum reginæ filius, à Ciro regi Persarum captus, dum manicas & brachiorum vincula eximi sibi imperasset, seipsum interfecit. *Herod.*

Nicias & Demosthenes Atheniensium contra Syracusanos duces, ab iidem capti, & in carcerem conjecti, sibi ipsi manum intulerunt. *Plut.*

Guaterus Brennus ab Innocentio III. adversus Henricum VI. Imp. rex Siciliae & Neapolis declaratus, à Theobaldo Comite Germanico, Henrici polemarcho, in lecto captus, & in arcem Sarni deductus, vulnera suapte manu concidit, intestinaliancavit, & medicamenta simul & alimenta omnia avetans, quarto die post interit. *Collenucius lib. 4. hisp. Neapol.*

Ezelinus Romanus, tyrannus Patavinus, captus ad Soneium, ipse suapte manu vulnera, quæ in prælio accepta, dilacerans, instat feræ belluæ, perit.

Adrastus Georgii filius, dum Atyum Creni filium suæ fidei

bus, cruoremque facie abstergens, dominum, virum, Imperatorem appellavit, ac suorum penè malorum est illius miseratione oblita. Lenito Antonius ejus dolore, vini haustum poposcit: vel quod sitiret, vel quod celerius ita expiraturum se speraret. Postquam bibit, monuit eam, ut serum sitatum, si abque turpitudine liceret, consuleret incoluntati, ac præcipue inter amicos Cæsaris fidem adjungeret Proculejo. Se verò ob novissimam rerum conversionem ne lamentaretur: sed gratularetur ob bona, quæ fuerat consecutus: quod omnium hominum fuisset clarissimus, & plurimum potuisset: atque eo tempore non ignaviter esset Romanus à Romano superatus. *Plut. in Antonio.*

Imperii repulsam.

Martius, illius filius, qui Numam Pompiliam ad regnum Romanum vocavit, ordine senatorio ornatus, cum post obitum Numæ in regni disceptationem cum Hostilio venisset, repulsam passus, vita se privavit. *Plut. in Numa.*

Repulsam amatoriam.

Mallonia Romana nobiliss. à Tiberio Imp. delatoribus falso objecta, ecquid peniteret, interrogata: obsecrationem oris F hirsuto atque olido seni exprobravit, domumque relicto judicio se abripiens, ferro se ipsam transegit. *Suetonius.*

Praemiorum repulsam.

Ajax Telamonis filius, agrè ferens mortui Achillis arma quæ supra modum appetebat, Ulys. data fuisse, in rabiem convectus, mortem sibi intulit. *Ovid. lib. 11. Metam.*

Heliora qui solus, qui ferrum, ignemque, Jovemque sustinuit toties, unam non sustinet iram, Juvistumque virum vicit dolor. Arripit ensen: Et mens hic veritè est: an & hunc sibi poscit Ulysses? Hoc, ait, utendum est in me mihi, quique troro Sepè Phrygium maduit, domini nunc cade madebit, Ne quisquam Ajacem possit superare, nisi Ajax. Dixit, & in pectus tum ætuum vulnera passum, Quæ patuit ferro, lethalem condidit ensen, Nec valere manus inficem educere telam: Expulit ipse cruor, rubefactaque sanguine cellus Porporeum viridi genuis de hispide florem.

Conjungen in epiam.

L. Syllanus, Claudii principis gener, erepta sibi Octavia, datæque Neroni, præ dolore gladio suo incubuit: idque die nuptiarum, ad augendam invidiam. *Corn. Tac. lib. 12.*

Arifides pauper rusticus, amilla ovis & vacca, seipsum de tugurio suspendit. Sic Antipater in 1. Epigrammatum Grecorum:

Εἴ ποτε ἀποκρίσθης ὁ Βανέσιος, ἐκ τῆς τρωαίας Πόλεως, μὴν δ' οὐκ ἔβωσ ἀποκρίσθης. Ἄλλο δ' εἶδ' ὁ πόντος ἔργα ὀνόμαζ' ἠναρὶ δ' ἀπὸ Οὐραίου ἔρ, ἦ βωσ δ' ἀναρὶ Βορραίου. Μήνας δ' ἀβάνης ἀναρὶν ἀναρὶν ἀναρὶν. Ἐκ τρωαίας βρωαίας ἀναρὶν ἀναρὶν. Ἄεθ' ἀλλοτρίων.

Melites Diaconus, ex ambaxione & lui ostentandi studio, contracto aëriali, cum solvendo non esset, nec ullam receptum haberet, ab ita suspendit se. *Pachymerius.*

Dignitatis privationem.

Mirana, cum Romæ Senatorum numerus ab Augusto diminueretur, dum à Cæsare dimittitur suam dignitatem animadvertet, sibi ipsi, quasi coactus ab eodem, cum aliis permulctis mortem intulit. *Dion. in Augusto.*

Capivivalem.

Sargapiles Tomyris Scytharum reginæ filius, à Ciro regi Persarum captus, dum manicas & brachiorum vincula eximi sibi imperasset, seipsum interfecit. *Herod.*

Nicias & Demosthenes Atheniensium contra Syracusanos duces, ab iidem capti, & in carcerem conjecti, sibi ipsi manum intulerunt. *Plut.*

Guaterus Brennus ab Innocentio III. adversus Henricum VI. Imp. rex Siciliae & Neapolis declaratus, à Theobaldo Comite Germanico, Henrici polemarcho, in lecto captus, & in arcem Sarni deductus, vulnera suapte manu concidit, intestinaliancavit, & medicamenta simul & alimenta omnia avetans, quarto die post interit. *Collenucius lib. 4. hisp. Neapol.*

Ezelinus Romanus, tyrannus Patavinus, captus ad Soneium, ipse suapte manu vulnera, quæ in prælio accepta, dilacerans, instat feræ belluæ, perit.

Adrastus Georgii filius, dum Atyum Creni filium suæ fidei

Cedem amicorum.

Adrastus Georgii filius, dum Atyum Creni filium suæ fidei

F 2

A creditur in venatione ab apto aberrans percussisset, se super epulem tumulum confodit. Herod. lib. 1.

Amatorum mortem.

Felicis Rufi aurige rogo quidam fautorum sese vivum iniecit. Plin. lib. 7. c. 35. Hadrius rex Danorum, suspensio se vulgo spectante suffocavit, praedolore, quem ex Hadingi Sueonum regis amicissimi morte conceperat. Saxo.

Amatorum mortem.

Pyramus & Thyse Babyloniorum: Invenum pulcherrimum, alter: Altera quas oriens tulerat puelata puellis: quum impediens parentum custodia suis votis satisfacere nequirent, pepererunt, ut certo die in remotum locum se reciperent. Quo quum prior venisset Thyse, metu leane ibidem reperta prostratus in latebras, relicto capitis tegumento, Quod diripiens leana venienti post Pyramo conjecturam praebit & argumentum devorata amara: mortemque si sibi propterea conficit. Thyse paulo post reversa, ubi mortuum amantem conspicata est, longioris vitae perterrita, eidem gladio incubuit. Ovid. in Metamorph.

Habmon Thebanus juvenis, quum amore incredibili Antigone Oedipi & Iocasta filiam deperiret, ad ejus tumulum mortem sibi conficit. Fuit autem Antigone iusta Creontis (qui veterat Argivorum cadavera inhumari) jugulata, quod Polyneicem fratrem mortuum noctu sepelire voluisset. In oppido Italiae Sybari adolescens mira specie Emilium venator fuit. Nova nupta alteri arbitrata eum consuecere, ingressa est salum. Vibrantibus ramis canes eam advolantes descerpere: super quam ille se confodit. Sic Clitonymus lib. 1. rer. Sybaris. Plut. in Graec. & Rom. comparat. Mortem liberorum.

Jocasta filia Creontis, & uxor Laji, regis Corinthiorum, videns filios suos Eteoclem & Polyneicem mutuis vulneribus interfectos, mortem sibi intulit. Statius lib. 11. Theb. Amphion Tois filius, interfectus ab Apolline quatuordecim liberis, seipsum gladio interemit. Hippo & Meletia Scedasi Baroti filia, a juvenibus Spartanicis suprate, & in pureum conjecta sunt occulandi sceleris causa. Pater domum reversus, eum injuriam illatam ad Ephoros frustra detulisset, ad filiarum tumulum seipsum confecit, multis prius diris Lacedaemonios persecutus: quae tandem ad Leuctra rursus fuit. Plut. & Pausan.

Dejanira Herculis uxor, ob exitum in Oeta monte maritum, sibi manus intulit. Natalis Comes. Metabol. lib. 7. cap. 1.

Phylomone centaurea interfecta a Lapithis marito. Cyllaro teste Ovid. lib. 11. Metam.

Incubuit, mortem suae, suum complexa maritum est. Jason ob sponta & filiorum a Medea interfectorum mortem seipsum necavit. Diod. lib. 4. c. 3.

Didonem suo gladio incubuisse, pro comperto est: sed non omnes eandem mortis causam asserunt. Scribit Aufonius (& ita se habet rei veritas), hoc ab ea factum, ut mortuo marito Sicoro castitatem servaret vidualem, & nuptias Jathae Getulorum regis declinaret.

Sero avit fateri morte pudicitiam. Aufonius sequutus Marcellus, Didonem sic inducit loquentem: Nec mihi Phryxocentis, nec enim Phryganavimus ulli: Cura sed amigui casta renaxque tibi: Quaeque conjugio Libyae violare tyranni. Ceteros, hac cecidi forister usa manu.

Utrique succinit Rhenus, seu (ut aliis placet) Priscianus, in Geographia Dianyni, de Sita orbis, dicens: Quae regnavit felix Dido per saecula vivit. Atque pudicitiam non perdit carmine fido.

Contra vero Virgilius hoc ipsum adscribit impatientiae doloris, quae ex Aeneae fuga conceperat. Eum perique omnes poetae Latini secuti sunt. Ovid. lib. 3. Fastor. & in Epist. hoc ejus Epiraphium facit: Praebit Aeneas & causam mortis & ensem, Ipsa sua Dido concidit usa manu.

Cyanippus Pharaos F. ducta uxore Leucone, venationi plurimum deditus erat, ita ut diurnis venationibus defatigatus, noctu saepe cum uxore nullo sermone habito in profundum somnum laberetur. Leucone exploratura, quid faceret tandem Cyanippus, clam ministris omnibus sylvam ingreditur. Canes forte cervum inelegit, & ob longam venationem ferociore redditi, quum puellam offencissent, eam invalerunt & dilaniarunt. Cyanippus superveniens, vocatis ministris illam in extructum rogam composuit, & primum quidem canes suos ad rogam mactavit, postea vero seipsum interfecit. Parthen. in Amat. & Plut. in Parallels.

Cum Abradatas in Cyri exercitu adversus Babylonios militans, caesus in praelio ab hostibus, ab uxore Panthea juxta gentis morem deploratus ornatusque esset, neque aliud jam funeris nisi ut sepeliretur, superesset, supra mortui viri corpus se peremit. Xenophon. lib. 7. Paeie.

Monima Milefia, & Veronice Chia, duae Mithridatis uxores, audita ejusdem miserabili fortuna per Bochidem eunuchum, ambae vitam sponte reliquerunt. Nam Monima ex diademate confecto laqueo primam se suspendit. Sed quum corporis gravitate confictus esset laqueus: O excreandum, inquit, diadema, quo neque in tam tristis ministerio tuo possum; Bochidi postmodum se dedit jugulandum. Veronice vero calicem veneni hausit: quo per venas serpente, quem durius torqueretur & langueret, Bochidis quoque auxilio accellerat sibi mortem. Plut. in Mirradatae.

Porcia filia Catonis, audita morte M. Bruti mariti apud Philippos interfecti, ferrum poposcit ad inferendum mortem. Quod quum amici recusalissent, carbones hausit, & inaudito mortis genere vitam finivit. Plutarchus, & Valerius Maximus. Martialis lib. 1. Epigram.

Conjugis audisset saum quum Porcia Bruti, Et subtrahit sibi querecet arma dolor: Nondum scitis (ait) mortem non posse negari, Credideram satis hoc vos docuisse patrem. Dixit, & ardens avido bibit ore favillas. Innoce, & ferrum turba molesta nega!

Apicata uxor Sejani, accusatione Livillae uxoris Drusi in odium mariti perducta, audita liberorum morte, eorumque in calis corpora intuita, digressa inde libellum composuit, in quo continebatur, quomodo Drusus esset interfectus, eoque libello ad Tiberium missa, vita seipsum privavit. Dion. lib. 53.

Orestilla M. Plantium maritum in Atram cum 60. navibus profectum secuta, Tarenti ex morbo decessit. Cuius dum celebraretur exequia, & cremaretur cadaver, Plantius doloris impatiens, & appetens mortis, in rogam se conjecit: quem totogatum calcatumque corpori uxoris junxerunt amici. Val. Max. de Amore conjugali.

Mortem dominorum. P. Catienus, Philotimus, patronum adeo dilexit, ut haeres omnibus bonis institutus, in ejus rogam se conjecerit. Aulior Plin. lib. 7. c. 3. 6. Libros exustos. Labienus poeta videns libros suos ob nimiam carpendi libertatem publico decreto comburi, suis supervivere monumentis tenuens, spontaneam oppetit mortem. Accusationem falsam. Dioxippus Atheniensis surrepti inter epulas auri poculi falso accusatus, dum oculorum conjectum & injuriam ferre non posset, gladio se interemit. Acculabatur autem non sine invidia. Nam agere se rebant Macedones, Horratum Macedonem armatum ab eo inermi, spectante rege, duello victum, & retinatum. Curtius lib. 8.

AB ANGELIS, DÆMONIBUS

RAPTIS, AVECTIS, INTERFECTIS.

Decima Aegypti plaga, a Deo immissa, fuit, quod Angelus Domini media nocte omnes in Aegypto primogenitos tum hominum, tum brutiorum occidit: Tiraclius solis, quorum post agni sanguine tincti erant, pepererit. Ea re territus Pharaos, populum Israeliticum tandem vel invitus abire permisit. Exod. 12.

Dæmonium occidit septem viros Sara, filiae Raguelis: sed fuit effectum per boni Angeli Raphaelis adventum. Tobia cap. 3. & 8.

Aegae proconsul post affectum martyrio D. Andreae Apostolum, a malo spiritu correptus, momento expiravit. Presbyteri Achaje in passione S. Andreae, Tom. 6. Surii.

Val.

A Valander Gothorum Rex bello contra Rethonem piratam Rutenum suscepto, dormiens perit. Credium a plerisque fuit, ipsum a dæmonio, cui se ob assequendam victoriam devoverat, suffocatum. Sumtae historiae, quae corpus ejus apud Orthogothos regis exercitum tumulatum fuisse affirmant. Ioan. Magni lib. 7. cap. 19.

Orhini dæmonis asu, qui Brunonis cuiusdam, Heraldi Danorum Regis consiliarii intimi, habitum assumpserat, & ultra circosque commensans, variis suspitionibus Haraldum & Ringonem Sueonum Regem repleverat, ad apertas inimicitias devenit, septennio integro in apparatu belli infumto. Inter Vie, & Vverandiam collatis signis, Dani tandem victi sunt, amissis procerum xxx. Sueones cœcus falcato curru vectus, Brunonem aurige officio fungentem, qualem Ringo in centuriano acie tenorem haberet, interrogat. Qui paulum solum in raium vultu, corniculata illum acie praeliatum respondit. Quo audito rex trepidare cepit, per summam admirationem percontari, quo doctore Ringo tamen ordinando agminis modum diceret, maxime cum Othinus disciplina hujus inventi exiterit, nec ab ipso quipiam praeter se hoc perceperit. Ad quod silente Brunone suspicari cepit rex, hunc ipsum dissimulato habitu Othinum esse: ei proinde supplicare, uti Danis, quibus haecenus clementer ausisset, supremam quoque victoriam tribueret: eidem se ex veteri pacto prostratorum mactans muneris loco dedicaturum. At Bruto nihil obsecrantis precibus motus, repente excussim curru regem arivat in tertiam, ereptaque cadenti elavam in ipsum caput detorsit, proprioque eum gestamine interfecit. Saxo lib. 8.

Haquinius Novergiae Rex Haraldum Gunnildae F. Danorum auxilio regnum invadentem praelio vicerat. Dum clafsem repetit, jaculum in medio aere dum incerto auctore liberatum, omnibus metu proprio periculi territis, tandem magna vi in Haquini caput deturbatum cecidit. Arbitrantur quidam, matrem Haraldum Gunnildam procurato maleficis spiculo victi filii poenas a victore fuisse. Haraldus itaque desperato hostis regnum adeptus est. Saxo lib. 10.

Reginherus, qui se cum aliis ab Henr. III. Caes. incitatum precibus, praemis & minis dixerat, ut Rudolphum Sueviae & Bertholdum Carinthiae Duces obruncaret, ante dictum diem, quo Ulricus de Cosheim commentum monomachia amoliri proposuerat, a diabolo abreptus, horrenda morte perit, anno 1074. Schafnaburgensis.

Ultimo anno Imperii sui, Heraclius, cum contra Agarenos ex portis Calpis eduxisset copias (de gente levissima, quam Alexander M. ob immatentem super mare Caspium inclusisse dicitur) Angelus Domini quinquaginta duo millia de exercitu ejus concidit: quae res tantum merorem ei concillavit, ut eo extingueretur. Ordo Phrysing. lib. 5. c. 9. & Gorfria. Viterbiens. pari. 16. Chron.

Sub annum Christi 1152. fama celebris est, Guelielmum Cavillonensem Comitem, Ecclesiam in se ipsum, & armis inermem laedere totumque oppugnantem, dum frequentem procerum convivio epularetur, ab ignoto quodam, in equo pre foribus sedente, evocatum exisse, coactumque e vestigio concendere, e conspectu procul raptum, nec deinceps usquam comparuisse. Et Nivernensium Comitem, inimunitatis Ecclesiarum hostem, obtorquente sponte se in terga vultu, obivisse. Aemil. lib. 5. de gestis Franc. sub Ludov. juniore.

Crato, seu Craustus, Episcopus Milnenis, qui vixit anno Christi 1066. dum suscepto Episcopatu Goslarum venisset, post refectionem in cubiculum, ubi suos thesauros (quorum nimis amator erat) nullo conficio infoderat, quasi paululum requiescere volens, sese includit. Cumque jam die vergente in vesperam, praeter modum consuetudinem suam, omnino indulgere videretur, rem insolitam mirantes cubicularii, pulsatae ostium apererunt. Sed nec pulsantibus, nec vociferantibus dabatur ullum responsum. Tandem effractis foribus irruentes, invenerunt eum confictis cervicibus colore terro examinem, ipsis thesauris suis miserè incubantem. Helvelius in gestis German.

Ferunt, in Comitum Andegavensium familia, unde Henricus II. Anglorum Rex ortus est, principem quandam Feminam trivencicam, maleficamque compulsum ad extremum colere & venerari S. Euchariam, subido e templo per fenestram a conspectu hominum avolatæ, nec comparuisse unquam. Polydor. lib. 3.

Mulier magna apud Bertheliam Angliae villam, item Prin. L. B. T. theat. Viae Human. Tom. IV.

ceps quaedam Andegavensis, a dæmonibus abrepta. E. Vide Tit. Magorum.

Fertur, militarem peditem ante paucos annos iter per Marchiam fecisse: ac loculos cuidam suae hospite, apud quam decubuit agrorum, custodiendos tradidisse. Post dies paucos restitutus, pecuniam repercit. Hospita se eam habere negat, injuriarum alterum accusans. Iratus miles, hospitem vicissim perfidia insinuat. Conjugem purgat Hospes, peditemque ex aedibus derubar. Hic rei indignitate perterritus, extructum ensem ostio infligit: obvium illatum in carcerem conjicit. Jam extremus dies judicialis aderat, ipseque captivo moriendum esse, in carcere nunciat dæmon: at si se ipsi dedere vellent, nihil sit periculi, se facturum pollicetur. In innocentia se morti malle, respondit captivus, quam ea ratione liberari. Proposita denuo periculi magnitudine, ubi se nihil proficere animadvertit dæmon, gratis suam illi desert operam, consiliumque. Quando judicio lites, tibi patronum concedi orabis: atque me non procul flante pileo cyaneo plumis insignito, postulabis causæ defensorum. Annuit captivus, & posthinc in iudicium productus, rogat sibi in extrema necessitate permitti patronum. Is conceditur. Multa disputat hic doctor juris versutissimus, & argute defendit, falso accusatum esse & condemnari peditem: hospitem enim illi pecunia spoliato vim intulisse offendit: rem omnem ordine quo gesta est, & ubi deposita conservaretur pecunia, aperiens. Hospite vero audacius inficiante, & imprecante aliquoties, ut a dæmone abriperetur, si pecuniam haberet: destitit tandem ille a defensione causæ LL. doctor pileolo cyaneo ornatus, ac hospitem abreptum per forum in aërem avexit, ut ubi manserit, nemo cognoverit unquam. Viers lib. 3. c. 17. de Prestigiis dæm.

Anno 1551. in Megalopolis finibus, non procul a Villadstada, in Pentecostes feriis, plebem cerevisia poculis indulgisse scribitur: cui mulier intererat, quae sepe numero diabolus suis immiscebat juramentis: qui, spectantibus omnibus, eam per ostium in aërem altius sustulit. Reliqui perterriti insequuntur, visum quò deducetur foemina: cernuntque eam extra pagum in aere aliquandiu pendulam, inde in agro praecipitanti compererunt mortuam. Ibid.

Mystibogius Gurimensis Princeps, Hostivitii Boemorum Ducis inter, a dæmone humanam speciem induto discerpitus est. Dnbrau lib. 3.

Fernelius historiam recitat cuiusdam Magi, quem, cum accersivisset dæmonem, superveniens occidit dæmon: roganti autem sortilego sodali istius, quare occidisset eum: id a se factum respondit diabolus, propterea quòd a se nihil postulavisset. Ab hominibus enim rogari, orari, & adorari Satanas percipit, & nonnunquam veritatem profert, ut mentienti sibi habeatur fides; aut si ignorat verum, ambages respondat. Bodin. lib. 2. c. 3. Demon.

AB HOMINIBUS INTERFECTI.

Consideratis respectu

VOLUNTATIS.

A Volentibus.

Horum exempla ex sequentibus Tit. abunde supponent.

Volentibus. Imprudentibus.

Pelei filia, suasa Medae (quae Aesonem Iasonis mariti patrem juventuti restituerat) gladiis adortæ dormientem patrem, interemerunt: spe ductæ, quòd a Medea denuo ad vitam juvenilem revocandus esset. Sed illa dolum conscissa, Peliam a filiabus imprudentibus oculum reliquit. Ovid. in Metam.

Menalippus Oenei filius, dum in sylvis aprum Calydonium venaretur, a Tydeo fratre imprudente occisus est.

Oedipus cum Lajo patre ignoto apud Phocidem congressus, ipsum nefcius interemit: matrem Jocastam, patre interempto, uxorem duxit.

Perseus, Acrifii Argivorum Regis & Abantis F. ex Danae filia nepos, ab eodem expositus, sed divinitus servatus, posteaquam ad maturam aetatem pervenit, vivendi avi materni, eumque sibi conciliandi cupiditate incensus, Larissam venit, quò Acrifius concesserat. Ubi & atatis robore, & difci a se inventi gloria elatus, dum atrem in hominum conventu ostentat, Acrifium advero fato intervenientem, dicta impetu occidit. Atque ita dati olim Acrifio responsum vocem tatum fecit.

A cit: quem a fati certo eventu vindicare non potuit, vel in filiam, vel in nepotem excoitata crudelitas. *Pausan. in Corinth.*

Hercules e Calydonia cum uxore Dejanira Hyloque F. ex ea suscepit recedens, cum ad Evmenum pervenisset flumen, Nestor centaurum reperit, pretio viatores flumen transvehentem. Hunc traducam Dejaniram violare conantem, muliere vii opem implorante, Hercules fugata transiit. Nestus vero interea coeans, & ex vulnere moriendo, pollicitus est ei amoris medicamentum, quo nullam praeter eam mulierem Hercules aliam appeteret. Iussit adeoque, semine, quod exproceriderat, cum oleo & sanguine ex sagitta defluente immixto Herculis tunicam ungere. Quo dato consilio cum exisset, illa clam Hercule, quod mandatum erat, assumpsit. Aliquanto post cum Jolem Euryti F. captivam duxisset, in montem profectus Cineum, sacra facturus, Lycam domesticum quendam ad uxorem Dejaniram in Trachinam misit, ut ei vestem, qua in factis uti consueverat, afferret. Haec, cum a Lyca de amore Joles percipisset, cupiens se omnibus in amore praeferti, tunicam juxta Centauri consilium tinxit. Hercules medicamentum vi paulatim invalescente, torqueri maximo dolore cepit: Virus enim sagitta veneno vipereo infectae corpus conficiens, dolores ciebat immensos. Itaque Lycam vestis latorem occidit: tum morbo magis in dies ingravescente, in Delphos Lycynium ad Jolum misit, Apollinem morbi remedia sciscitantem. Dejanira calamitate Herculis stupescita, cum causam tanti mali sciret a se profectam, laqueo excessit de vita. Responsum Apollinis jubebat ferri cum apparatu bellico Herculem in Oceanum, ibique propem eum ingentem strui pyram: de reliquis, inquit, Jovi curam fore. Qui cum Jolo erat, iussit ad Apollinis exequentes, quod futurum erat, suspicabantur. Hercules desperata salute, in pyram cum ascendisset, rogabat accedentes, ut ignem subjicerent. Quod cum nullus audeat, solus Philoctetes in gratiam sagittarum, quas ei Hercules reliquit, pyram succendit subitoque pyra exusta est. Accedente Jolo, ut ossa colligeret, cum nullum penitus reperit esset, credentes Herculem secundum oraculi responsa ad Deos translatum, ei ut heroi sacra fecerunt. *Diodor. lib. 4. cap. 24.*

Tepelemus Hercules F. ex Atychoe Phylantis filia, cum videret Lycynium fratrem Almenae aviae suae jam senem negligentius tractari a servo ductore, baculo arrepto servum percussurus, cum is ictum declinasset, Lycynium imprudens occidit. Cedis reus, ex Ephyra in Rhodium profugit, insulamque seditiohis agitantem occupavit, & bello etiam Trojano interfuit. *Altiad. 8.*

Quum Achilles multam ex Lesbo praedam partam abduceret, Trambus Telamonis F. ab indigenis ad auxilium ferendum inductus, Achilles se opposuit. In pectore igitur vulneratus statim concidit. Admiratus robur ejus Achilles, spirantem adiacere interrogavit. Quis & unde esset? Quumque cognovit eum Telamonis esse filium, multo lactu ei tumulum extruxit, qui adhuc hodie Heroum Trambeli appellatur. *Parthen. in Erot. cap. 26.*

Meminit in hymnis Pindarus, quemadmodum Eurytionem Iri, cui pater Actor, filium, ex Argonautis unum secum venantem, imprudens occidit Peleus. Hinc videtur profectum adagium: *the d'apas diapastron*, de eo, qui non solum feram ea parte non ferit, quam destinavit, verum toto aberrat capti, ne attingens quidem quod appetebat. *Erasm. in Adag.*

Helenus Priami F. dum venaretur, nescio qua fortuna, Chaonem fratrem, a cuius nomine Chaonia dicta est, imprudens peremit. *Servius in 3. Aeneid.*

Arys filius Cresci cum Adrasto custodes ad venationem profectus est. Lanca, qua in aprum ab Adrasto contorta fuerat, Aryn transiit. *Herod. lib. 1. & Val. lib. 1.*

Helioides Poeta Alerans, noctu jugulatus est ab Antipho & Crimeno fratribus per errorem, dum illi fororis suae interfectorem eum esse putarent.

Altemenes Catrei Cretensium Regis F. responsum tulit, in fati esse, ut pater ab eo interficeretur. Evitare fata cupiens, sponte cum plurimis voluntariis abiit in Camiros Rhodi insulae oram. Catreus filii unici videndi & reducendi in Cretam desiderio actus, in insulam descendit. Orta inter suos loque incolas contentione a pugna, Altemenes suis auxilio accurrens, jaculo incisus patrem occidit. Qua ex re dolore ingenti percussus fuit. *Diod. lib. 5. c. 13.*

Ulysses reversus in patriam, variis hominibus territus, a filio filio mortem imminere, relegato Telemacho, in loca abdita

semotaque cessit, somniorum vim evitare conatus. Ceterum Telegonus F. ex Circe cum patrem revertum esse cognovisset, ejus videndi desiderio Ithacam venit, gerens manibus hastile quoddam, cuius summitas marinae turritus esse armabatur: insigne fulcens insulae ejus, in qua edivus erat. Sed ut suspectus quidam a Telemacho emissarius, a parentis aditu repulsus, multos custodum dolore motus interfecit. Tandem cum etiam Ulysses ipse re cognita prodidisset, jaculum, quod manu gerebat, in juvenem contorsit. Juvenis ictum subterfugiens, in patrem ignotum jaculo misso eum interfecit. Gratulaturque est sibi Ulysses, quod per viam externi hominis interemptus, patricidii scelere filium Telemachum, quem solum habere putabat, liberasset. *Dithys lib. 6.*

Haparinus Syracusanorum tyrannus, puero Achao, quem in deliciis habuit, hostibus irruentibus occurrentes, praecipit, ut neminem in aulam suam intronitteret: sed vi irruentem ferro occideret. Victor revertens tyrannus ebrius, desiderio pueri ardens, Syraculas rediit: ingressusque domum, quosdam esse non dicans, Thestalis simulata voce puerum adoratorem. Puer indignatus Hipparium in tenebris ferit, ut post triduum mortuus sit, Achuum a caede sua immunem esse declarans. *Parthen. in Amatoris, cap. 24.*

Paulinias Lacedaemoni proditionis reus factus, ad templum Minervae Chalcidici in arcem perigit. Solus tamen ex omnibus, qui eo consugissent, impunitatem mereri non potuit. Nam obstructis foribus fame eum ibi eneantur, matris ejus auctoritate secuti, quae tacite latere in foribus deposita disceperat. Causa autem quod in eo solo jus asyli violatum sit, ea fuit, quod credis piaculum eluere non potuerit. Nam cum ad Hellepontum Spartanae & eorum classis imperator castra haberet, virginis Byzantiae Cleonices cupiditate incensus est. Cum vero prima nocte, quibus negotium datum erat, Cleonice ad eum perduxisset, somnum jam capiens, repente strepitum esse excitatus: Fortè enim illa accedens accentam lucernam deiecerat. Ibi Pausanias, qui suorum de Gratia prodenda sibi consiliorum confusus, perpetua animi conturbatione & pavore agitari solitus erat, perterritus, virginem acinace transverberat. Hoc illud fuit facinus, cuius fraudem nunquam effugeret, nullis exlationibus, nullis Ablolutori Jovi deprecationibus suscepris, cum in Areadiam etiam ad Lullratos eos, qui Pyschagogi, id est, Animorum curatores appellantur, Phylagae venisset, luere potuit. Dedit itaque ille Cleonice meritis penas. At Lacedaemonii Delphici Apollinis iussu aeneas ei imagines posuerunt, & genium venerantur Epidotem nomine, averti ab eo interpretantes omnem numinis offensionem, quae ex contempta Paulanice deprecatione existeret poterit. *Pausan. in Attic. a Byzantio homine haec se audivisse scribit.*

Cum Cinna & Marius infecta signa ad urbem decerent, quibus occurrit C. Pompejus, Magni pater, *Valerius lib. 5.* dicit, militem Pompejanum occidisse Fratrem, qui erat in exercitu Sertorii, & cum spolia legeret, cognito facinore, semetipsum supra cadaver fratris jugulasse. Livius pro Sertorio Cinna habet. Nam exercitus omnes erant Cinna, in quatuor partes divisi, quarum unam Cinna ipse, alteram Marius ductabat, tertiam Q. Sertorius, quartam C. Carbo, & Orofius concurrens cum Sertorio Pompejum scribit: qua pugna contigisse hoc de duobus fratribus refert *L. Vives in l. 2. Aug. de Civ. Dei, cap. 25.*

Jul. Manutius ex Hispania, rapaci legioni additus, impuberem filium domi reliquerat. Is mox inter septimanos a Galba conscriptus, oblatum forte patrem vulnere stravit. Quem dum semianimem scrutatur, agnosci, exangue amplexus, voce flebili precabatur placatos patri manes, ne se ut patricidum infestarentur. *Corn. Tacitus.*

Leucippus Zanthii F. ex indignatione Veneris in amorem fororis incidens, a matre petit, ut fororem sibi adungeret. Consentit mater. Sponsa puella, re cognita, factum Xanthio indicat. Qui cum ad thalamum perductus esset, ubi concumbebat, puella per fores spe latendi ingrediens, ab eum pater ipsam opinatus corruptorem esse, machera transverberavit. Leucippus praemensus turbatione non praevidens quem peteret, occidit parentem. Ob quam causam relicta Thestalis domo in Cretam abiit: sed ab his iterum expulsa in Ephetiam pervenit, ubi Cretinae regionem occupavit. Captus autem est & ipse postea ex vaticinio ab his, qui missi erant ex Pheris ab Admeto. *Parthen. de Amat. c. 5.*

Plebs Rom. statum a Julii Caesaris funere ad domum Bruti & Ca-

6

& Cassi eum facibus tetendit: atque aegre repulsa, obvium sibi Helium Cinnae Poetae, per errorem nominis, quasi Cornelius esset is, quem graviter pridie concionatum de Caesare requirebat, occidit: caputque ejus praefixum haste circumtulit. *Suet. & Plut. in Bruto.*

Gelimerem Vandalorum Regem ad Tricanarum victum a Belisario, fugientem Joan. Belisarii Dux insequutus, ac post dies decem & octo adeptus, casu ab amico, fallente in se ipse sagitta ictu, dum avem peteret, interfectus, spatium dedit ad elabendum in montem Pupuan, in extrema Numidia. *Signon. lib. 17. Imp. Occid.*

Julianus cognomento Hospitator, cum summo mane domum reversus, in suo uxorie cubili parentes dormientes offendisset, putavit uxorem esse cum adultero: & educto repente gladio, ambos transiit. *Marul. lib. 4. cap. 10. & lib. 2. cap. 12. & Fulg. lib. 6. c. 9.*

Carolum Aquitaniae Regem destinatum, Caroli Calvi Imp. F. adolecentia ferocem, virium periculum facientem, Albinus militum fortissimus ex venatione revertum obvium, armis & equo instructum, ignarus quinam esset, tam gravi ruina stravit, ut inter manus sublatus exspiravit. *Aemil. lib. 3. ex Regimonis lib. 2.*

Carolomannus Francorum Rex, quum in sylva Basin venatu indulgeret, aprunusque acris inscctaretur: quidam è suis Bartholdus nomine, quom illi auxiliator adfuit, casu regem venabulo in tibia vulneravit. Quo accepto vulnere, septem dimtaxat diebus supervixit, atque eodem in loco defunctus est, anno etate suae xix. Sepultus in Ecclesia S. Dionysii martyris. *Cramo. lib. 2. Norveg. c. 11.*

Andronicus Jun. Michaelis F. Imp. noctu ad nobilem meretricem comestum ibat. Eam cum adolecens quidam formosissimus depererat, Andronicus gladiatoris cura meretricule aedes in insidiis collocavit. Intempesta nocte Manuel Despota, fratrem Imperatorem querens, casu quodam illac praeteriit. Speculatores eum rivalem Imp. esse putantes, crebris telis impetunt. Ille ictu lethali accepto, ex equo delabitur: & concursu militum facto agnitus, semianimis in palatium aegre delatus perit. *Fregoras lib. 8.*

Gualterus Tirellus, Britannus, dum venaretur, arbitratus se telo cervum petere, Gullelmum Britanniae Regem, cognomento Rufum, patruelium fratrem occidit. *Fulg. lib. 9. cap. 9. & Polyd. lib. 10. Anglor. hist.*

Ernestus Austriae Marchio, an. Chr. 1015. aprum in sylvis sectatus, telo a venatore, qui aprum figere intendat, fortuito trajectus est. *Munst. in Cojmagr.*

CONSILII. CUR. CAUSA.

Vindicta.

¶ Vide locum Platonis.

An. 656. Rodualdus Rex a Longobardo, cuius uxori stuprum intulerat, interfectus est. *Signonis lib. 2. regni Italici.*

Carriatus, militum Reipubl. Venetae praefectus, homo impiger egregiaeque virtute, in agro Veronensi equo insidens, ab homine cive suo (cui jam olim unaledixerat, sed interea reconciliatus fuerat) interfectus est, gladio renibus infixo. De sicario, quem Mantuanorum Dux suis in finibus captum magistratui Veronensi tradiderat, poena sumpta. *Bembus lib. 7. hist. Ven.*

Avaritia.

¶ Vide locum Avaritiae in 2. 1. Huc ii, qui a Latronibus & Piratis spe praeda occiduntur.

Joram Regis Judaeor. Filii omnes ab Arabum latronum manu, qui repente castra invaserant, interfecti & abducti, excepto unico Ochozia, natu minimo, qui patri in regno successit. *2. Paral. 22.*

Ibycus Poeta a latronibus correptus spe praedae, dum cultros jugulo vidit insitare, praetervolans grutes obresatus est. Aliquanto post tempore, dum homicidae sederent in foro, rursumque grutes supervolarent, per jocum inter se susurrabant in autem: Adfuit Ibyci ultores. Quo sermone audito, homicidii suspectos habuerunt, qui adiverant, correptoque tormento ad verum coegerunt, & ex eo quaestione exercebant, atque re competta, felici usi sunt. Hinc *Ausonius:*

Ibycus ut perit, vindex fuit alrivolans grus. Antiochus & Seleucus fratres, Asiae Syriaeque Reges, de Imperio contendeant. Victus tandem Antiochus a Seleuco fratre, dum per devia & ignota loca salutem quaerit, a latronibus occisus fuit. *Guido Historensis.*

L. B. Theatr. vitae Human. Tom. IV.

Edmundus Anglorum Rex forte conspicatus ante se hominem latrocinio insignem, & ob id diu sibi antea invisum, eum subito invasit, ac in terram stravit. Quem cum ita jacentem caederet, ab eo est cultro confossus; lato vero in vestigio dilaniatus. *Polyd. lib. 6.*

Amoris.

Labeo Antistius Cinna Jurecosi. doctrina & prudentia clarus, pater Labeonis, qui propter juris civilis peritiam celebratur, cum fossam in tabernaculo suo pro corporis sui magnitudine effodisset, mandataque suis servis de caeteris rebus dedisset: uxori & liberis, ut voluit, prospexit, literaque servis ad eos dedit. Tum eorum fidelissimum dextra prehendit, eumque circumegit, ut mos est Romanis manumittere, conversoque gladium tradidit, & jugulum praebuit. Illi itaque tabernaculum pro sepulchro fuit. *Appian. lib. ultim. Bellorum civilium.*

MODI. INTERFECTI.

V. aperta.

¶ Exempla horum plurima ex sequentibus. Tir. mutanda. Dolo, Fraude. Ab Insidiatoribus, a Sicariis interfecti.

¶ Ex loco Tyrannorum & Tyrannicidarum huc quaedam.

Eglon, Rex Moabitarum, obesus admodum, Judaeos 18. annis servitute premeas, ab Aod Geræ F. sicca interfecit. *Jud. 3.*

Hieronymus Syracusanorum tyrannus, a Rom. ad Hannibalem deficiens, quom forte in Leontinos venisset, ibi a conjuratis multis vulneribus confectus est. *Sabell. lib. 3. Enn. 5.*

M. Brutus & C. Cassius cum aliis conjuratis in porticu Pompeji C. Jul. Caesarem operiebantur. Senatu in curiam progresso, alii sellam Caesaris circumsteterunt, simulantem appellare illum velle. Ibi Cassius dicitur ore ad statum Pompeji verso, sicut sententiam operi implorasse. Trebonius circa fores seduxit Antonium, & sermone deiecit extra curiam. Ingredientibus Caesari assurrexit senatus. Mox conjurati frequentes assidentem cinerunt officii specie, cum Tullio Cimbro, qui erat ex ipsorum cohorte, pro fratre exule precante, omnes una orantes, manusque ejus tangentes, pectus & caput deofculabantur. Quo preces prinium rejiciente, deinde, ubi non destiterunt, vi exurgente: Tullius ambabus manibus detraxit ei togam ex humeris. Primus Casca, qui a tergo stabat, districto pugione ferit eum secundum humerum vulnere non alto. Corripiente capulum Caesare, atque alta voce Latine exclamante, Scelereste Casca quid agis? Graecè ille fratrem appellavit ad opem ferendam. Cum jam a multis peteretur, & circumferens undique oculos repellere conaretur eos: ut Brutum vidit in se stringentem gladium, manum Cascae, quam tenebat, dimisit: & toto capite obvoluto, permittit corpus perussoribus. Illi se mutuo premeas, dum certum multis pugionibus corpus Caesaris cedunt, convulnerunt inter se: ac Brutus, dum participem se facit caedis, vulnus accepit in manu, omneque cruore sunt confecti. *Plut. in Bruto, & Caesare.*

De insidiarum caedique Domitiani Imp. genere, haec serè divulgata sunt. Cunctantibus conspiratis, quando & quomodo, id est, lavantem, an conante in aggrederentur: Stephanus Domicilla procurator, & nunc interceptarum pecuniarum reus, consilium operamque obtulit. Ac sinistiore brachio, velut aegro, lanis fasciisque per aliquot dies ad avertendam suspicionem obvoluto, ad ipsam horam, dolum interjecit: professusque conspirationis indicium, & ob hoc admittus, legenti traditum a se libellum, & a tonito suffodit inguina. Saucium ac repugnantem adorti Clodiani Cornicularius, & Maximus Parthenii libertus, & Saurius Decurio cubiculariorum, & quidam e gladiatorio ludo, vulneribus septem contrucidaverunt. *Sueton.*

Antonius Catacalla Imp. cum in Mesopotamia apud Carthas urbem, Luna Deae, ut Herodianus, vel Luni Dei, ut Spartianus, templum inviseret, & ad requista naturae diceret, insidiis a Macrino praefecto pratorio positus, per Martialem Centurionem pugione pro aversum est trajectus, dum subligacula deduceret, ventriculo oneri sublevando intendere quod literas Macrinus acceperat, quibus se intellexit, propediem ab Antonino occisum iri. Fuerunt & alii consicci caedis, Nemesianus, & frater ejus Apollinarius, & caeteri. Martialis a custodibus corporis, dum fugam molitur, missilibus est confossus. Macrinus super cadaver multa conqueffus, & per simulationem lamentatus, tandem tradito igni corpulculo, tei-

F 4

quias